



# Asotus euangelicus, seu euangelica de filio prodigo parabola

<https://hdl.handle.net/1874/421187>

b  
2

S A S O T V S  
EVANGELICVS. SEV.

EVANGELICA DE FILIO

prodigo parabola, à GEORGIO M<sup>AG</sup>.

cropicidio comicc de-

scripta.



C O L O N I A E Ioannes Gymnicus excudebat  
Anno D. M. XXXX.

ASOTAS  
EYANGELIO ASAYA  
TANAGARAE  
BAGUJIN  
GLOREO  
LIPON



COLONIA  
CANTABRICA  
XXXVIII

EPISTOLA NVNCV.  
PATORIA, IAMBICO TRIMET.

Georgius Macropedius Godofrido Bollio, Traic,  
etinæ ciuitatis Consuli meritissimo

S. D.

**Q**via nō modo de me, sed & de omni domo  
Nostra benc meritus es uir ornatissime,  
Volui profecto sepc gratificarier  
Aliquo tibi munuscule. Verum quia  
Neq; aureo, neq; gemmeo, neq; tyrio,  
Inops queo, tentabo litterario.  
Scripsi olim adolescens trimetris uersibus  
Et tetrametris, ea phrasē & facundia  
Qua tum per adolescentiam, & mala tempora  
Licebat, euangelicum Asotum aut Prodigum.  
Omnis quidem mei laboris initium.  
Cum igitur sciam te nostra quanquam uilia  
Non prorsus auersarier, quem iam fere  
Annos triginta uelut inutilē abdidi,  
Denuo resumpsi, & addidi, ut tibi dedicem.  
Cape igitur hoc manibus (quod aiunt) candidis  
Munuscule, ut sub graubus atq; scrijs  
Rebus habeas, quo animum subinde recrees.  
Rogoq; te, ne tam xenion, ac beneuolum  
Animum tui Georgij Macropedij  
Consyderes. Vale uir ornatissime.

ARGUMENTVM  
IN ASOTVM.

Dvos paterfamiliae habebat filios,  
Quorum quidem senior quo erat frugalior.  
Hoc iunior rerum fuit profusior.  
Is deprehensus cum improbis græcariis,  
A fratre primum, à patre deinde carpitur.  
Plexis proinde sodalibus, patrem petit  
Rem hereditariam, accipit: longe in Asiam  
Comitantibus scortis duobus nauigat.  
Scortatur inibi, remq; perdit pessime,  
Dolore patre affecto & ægritudine.  
Tandem fame premente seruit, & sues  
Pascere coactus, siliquis uentrem suum,  
Quamuis cuperet, implere non permittitur.  
Ductus igitur fœlice poenitidine,  
Tandem ad patrem supplex reuertit, gratiam  
Quam demeruerat lachrymis uberrimis  
Implorat, impetrat. Pater uitulum iubet  
Seniore fratre non ferente occidier.  
Epulantur, & ducunt choros cum gaudio.

DRA.

## DRAMATIS PERSONAE.

<i>Prologus.</i>	<i>Diaboli duo.</i>
<i>Eumenius senex.</i>	<i>Lorarij quatuor.</i>
<i>Philætius filius senior.</i>	<i>Margenium</i>
<i>Afotus filius iunior.</i>	<i>Planeſium</i>
<i>Comasta</i>	<i>Ancilla</i>
<i>Detrus serui nequa.</i>	<i>Colax parasitus.</i>
<i>Merimnus</i>	<i>Pægnium puer Afoti.</i>
<i>Tribonius</i>	<i>Peregrinus milesius.</i>
<i>Thryptus</i>	<i>Chorus ex pueris &amp;</i>
<i>Cometa</i>	<i>(puellis.)</i>

## PROLOGVS

*Iambico trimetro.*

**N**on futilis nugas, ut hortos Tantali,  
 Siculás ne gerras, aut Hiberas nenia;  
 Non stupra uirginum, aut dolos lenonios,  
 Quibus poëtarum scatent comœdia,  
 In certibus uel impudicis noctimus,  
 Sed auribus spectantium probam indimus  
 E ueritatis ore lapsam fabulam.  
 Quid fabulam? Non fabulam, sed mysticam  
 E fonte puritatis haustum parabolam,  
 Spectantium probis probamus mentibus.

A 3 Nam

Nam filium rerum suarum prodigum,  
Qui patria exularat ac patris ædibus,  
In gratiam patris redire uidebitis.  
Sed orat author carminis uos res duas,  
Ne ægre feratis, quod leuem falcem tulit  
Sementem in euangelicam, eamq; quod audet  
Tractare maiestatem Iambo et Tribracho,  
Néue insuper nimis hæreatis ludicris  
Ludisq; comicis, sed animum aduortire  
Hic abdito mysterio, quod eruam.  
Foras euntem quem uidebitis senem  
Typum geret cœlestis omnium patris,  
Qui nos amat, fouet, erudit, complectitur,  
Cui æs omne confit iuuenis ob laeuiam.  
Amator est mundi decum qui deserit.  
Quia ut adolescens patre relicto maxime  
Adactus incidi, suilla siliqua  
Ventrem replere postulat, nec impetrat,  
Tandemq; resipiscens, redire cogitur:  
Ita homo relicto fœdere ætherei patris,  
Dum ueritatis derelicto tramite  
Sequitur uoluptates suas, quas obfito  
Spinis itinere neutiquam ualet assequi,  
Tandem malorum ingente pressus pondere,  
Resipiscit actus gratia, ac reuertitur.  
Et quemadmodum errantem pater iam supplicem

In gratiam recepit, ita peccantibus  
Sed poenitentibus remisso crimine,  
Dat gratiam deus et stolam innocentie.  
Iam paululum digressus a spectantibus  
Doctis loquar, qui non adeo spectare, quam  
Audire gestiunt, logosq; ponderant,  
Examinant, dijudicantq; pro suo  
Candore uel liuore, non latum tamen  
Culmum (quod aiunt) dum loquar sapientibus  
Loco mouebor. Interim ualete uos.  
Saluete docti, socculos qui comicos  
Tragicosue triuissis cothurnos, auribus  
Parumper arrestis adeste, aduortite.  
Ut non solent docti poetae in fabulis,  
Quae facta sunt longe locis distantibus,  
Populo exhibere, ut proxima, in proscænio:  
Ita quoq; tempestate siqua facta sunt  
Diuersa, non uno exhibere tempore,  
Sed ut acta sunt uerbis referre congruis.  
Quo tamen Aſotus hic rudi innotescere  
Vulgo magis queat, cui non tam placet  
Quod in theatro logicon est, quam diciticon.  
Ratione, studio, haud arte omissa temporum,  
Abeuntem in Asiam prodigum author fabulae  
Post pauculos menses reuertentem exhibit.  
Nam ueritatem pluris historiae facit,

Præsertim in hac re seria, quam industrium  
Poëtices artificium, neq; temere,  
Plautum secutus, Philocraten qui ex Aulide in  
Aetolianam amissum reducit comicos.  
Valete docti. En redeo spectatoribus,  
Vnoq; stans fixus loco uado uenio.  
Saluete, paucis uos monendos censui,  
Quod ab sq; fructu huic parabole neutiquam  
Dabitis operam, nec pœnitentib[us] ocijs.  
Nam castitati non obseruit, ut fabule  
Versus que habent spurcos & immemorabiles,  
Sed sermo purus, liber à lasciuia,  
Post furtas, post adulteria, post flagitia,  
Vos iusta per lamenta pœnitentiae,  
Ad patris ætherei reducat gratiam.  
Si fabule expetatis uocabulum,  
Quod græce ἀστορος si latinus exprimat,  
Comœdie apte nomen indet Prodigio.  
Qui adestis igitur ad uidendum, quæ sumus,  
Silentium præbete. Non decet uti eos  
Sermonis officio, ad theatrum qui appetunt.

## A C T V S I . S C E N . I .

Eumenius. Comasta.

Versus sunt Iambici trimetri.

Bonj

**B**oni parentis esse ego arbitror, suis  
Sic prouidere liberis, ne quid siet  
Quod obficit naturae, honori, aut moribus.  
Quandoquidem in hoc non genuit, ut uiuant  
modo,

Sed ut probe uitam atque honeste transfigant.

Ob id usque in hanc senectatem, inexhaustus labor

Hec occupauit artua annis pristinis,

Mentemque discrutiauit ab cura anxia,

Animiisque sollicitudo multo maxima.

Parthos, Syros, Medos, Arabas, & Italos,

Delum, Paphum, Pontum, Cyprumque & Graciam,

Per saxa & ignes horridos, per stridulas

Syrites, mare inuium, atque itinera deuia,

Insonmis, impiger quoque peragraui, & his

Temporibus alitudinem acciui ocyus.

Si interroges qui tanta perpeti mala

Potuerim, amore solo, amore pignorum.

Hic quemque fecit aggredi durissima,

Hic solus exhibuit amara dulcia.

Merito quoque Diis maximum habeo gratiam.

Quod non inanis hic labor nec inutilis.

Bonorum enim thesaurum abundatissimum

Congessi, uti nihil omnium absit liberis

Ampla est domus, & amplum famulicium est, agri

Vberrimi, campi latissimi, greges

A 5 Numerosi

Numerosi, & (ut dicam semel) dono d<sup>cum</sup>.

Nil omnium est, indiquerint quo liberi.

Sat hercle partum. susq; deq; omnia fero.

Quod supererit uitæ ocio dare statui, ut

Indulgeat Genio senectus ultima.

Sed est quod absq; dolore cordis maximo

Nec fero nec audio, quod ubi suam pater

Industriam, sudorem, & ipsum sanguinem

Suis beandis liberis impenderit,

Sunt plurimi qui his prorsus ingratiscient,

Qui morbidæ parant senectæ plurimas

Diras quoq; ærumnas, & indices cura, Scazon.

Mœrore, amaroreq; uerentur neutiquam

eam

Hypermeter

Afficer. Edunt, bibunt, & abliguriunt

Rem omnem paternam, ut ossa nudent carnibus.

Plane id uel ex meipso ad unguem pensito

Meaq; familia, cui licet nihil

Subtraxerim quod exhibere debui,

Nihilo minus fraudare me flocei & slimant.

Sunt namq; duo mihi filij, quorum alter est

Frugi satis nobis, sibiq; maxime,

Verum alter est totus lubricus & prodigus,

Cui non mediocris adhæret, assentatur, &

Fauet familiæ turba, præcipitesq; eunt

In ohne flagitium scelus ne quod audeant,

Audentq;

Audentq; plurimum, quod assuefactio  
Audaciam dat, & fouet libidinem.  
Hinc gemitus & dolor hoc quatit pectus meum  
Hinc lachryme ad aethereum patrem, & iuges pres-  
ces

Accedit & in honesta famigeratio,  
Mala publica, & priuata peior distio.  
Nam quod familiae est, irrogatur patribus.  
Hoc dedecus tuum, hoc tibi uicio Eumeni est,  
Quod degenerat & improba extat familia.  
Num uero? an unquam eis mali autor extiti?  
An non quod est patris modesti & optimi  
Exhibui? Ab incunabulis in hunc diem,  
Et esse semper & probus concredier  
Studui, neq; nihil uiris me miscui.  
Non pyrir apis, furacibus, raptoribus,  
Non turpibus, salacibus, uel mollibus,  
Non mulierosis, siue fornicariis,  
Non sacrilegis, fidifragis, nugigerulis,  
Calumniantibus, nec id genus alijs  
Me afferui, ut orbis testis est, & conditor  
Orbis Deus. Quid ergo iure obiecerint?  
An indulgentiam, quod increpauerim  
Remissius delicta tenerae etatule?  
An non uel ipsam infantiam compescui,  
Verberibus ulmis, flagris & acribus?

Non

Non crebra, non pia defuit monitio, nec  
Omissa castigatio est. Nam eosdem ob hoc  
Et pedagogi tradidi, neq; corrigi  
Vnquam uetabam, at inepias sugarier  
Virgis uolebam, & scrioribus flagris  
Lubricam indolem nequitia abacta corrigi.  
Verum licet iuxta omnibus rigidus fui,  
Tamen omnibus non ut uelim conduxero.  
Frustra puer natu minor laceratus est.  
Non tot mine, tot uerbera, atq; exempla tot  
Virtutum, & institutio scolaistica,  
Stultitiam ab ingenio illius prævaluerant  
Propellere, quia propter hunc domi meæ  
Contentio est crebra, & similitas ciuica.  
Et quid loquar, nisi unicum sapientis hoc?  
Nemo potest corrigerem quem Deus arbiter  
Despicerit. Sed ecce natu grandior  
Gnatus meus Philætius modo rusabit,  
Illi uolo concedere animi gratia, &  
Vti uideam num cuncta recte agantur. Heue  
Comasta, tu curaßis interim omnia  
Quæ sunt domi (dum absum) probe. Com. curauero.  
Num quid aliud me uis, quod urget? Eu. est. Com. quid  
est?  
Eu. Quod maxime curato opus, granarium  
Inuise, gurgulione quo sit liberum.

Com.

Com. Curabitur. Eu. sed audin? Com. ausculto libens.  
Eu. Altilibus & pullis legumen addito.  
Com. Curabitur, quid deinde? Eu. ne per familie  
Licentiam res pessum eat domestica.  
Cras rediero. Com. sospes redi, sospes uale.

## A C T V S I. S C E. I I.

Iambici trimetri, uel senarij.

Comasta solus.

Euge, abijt hinc delitus ad uillam senex,  
Cui tantum inest cerebri, cutis quantu[m] unidae.  
Mihi credidit rem omnem semel domesticam.  
Delirus hercle dum probum me existimat.  
P[er] ego probus nunquam fui, nec spem adhibeat  
Vnquam fore. Ast epularier, baccharier,  
Scortarier, lactare herilem filium,  
Noui probe, lepidetq[ue] manicularier  
Soleo senem, sublinere & os offucijs.  
O Iuppiter supreme quanto gaudio,  
Felicitate quanta, onusstat me haec dies.  
Nunc omne famulicum omne certum est statim  
Amittere, atq[ue] accire herili filio  
Tum sympotas, tum a[re]ticas sympotrias  
Duas, & indulgere genio, & homunculos  
Bellos agere mensis iocisq[ue] sibariticis.  
Comasta nunc te proripe actutum domum.

Sed

Sed ecce parasitus Colax ueluti canis  
Famelicus nostras ad eadess aduolat.  
Ipsum uolo preuortere, ut ropa lo fores  
Non pulsaret, donec ea que uolo fecerit.

## A C T V S I . S C E . I I I .

Scenarij Iambici.

Comasta. Colax.

**S**Alue Colax. Col. Dij te ament, quid salueam?  
Macritudine ægra maceror miserrimus.  
Instar puerperæ gemellos que ædidit  
Flaccesco uentre, quatriduanam ob inedium.  
Com. Ex renibus morbo laboras admodum  
Graui, ex uitellulo tibi pulicula opus.  
Col. Dij de æq; perduant te flagrio.  
Meam inedium querebar, & scelus obijcis.  
Com. Compendium dictis uolo nostris Colax.  
Serio iocabar.. Col. audio, uentri meo  
Si consulas, nam id unicum est quod me beat.  
Si elusferis tentanda res aliunde erit.  
Com. Ego faciam hodie, ut tympani instar turget  
Venter tuus Colax, uideberis quoq;  
Foetus iterum (ne fle) gemellis foetibus.  
Col. Et gaudeo atq; exulto uera si autumas.  
O Iuppiter uidcor renatus, gestio  
Audire. Com. tum audies, cum silueris.

Col.

Col. Silco, etiam si uenter ut lupus ululet. Com.

Sile. Col. hem. Com. quin modo file? Col. quin modo  
cacas?

Etiam ne habes ludibrio? Com. noli Colax

Irascier, nam te uelut omasum dabo

Sub hoc dic fartissimum. file modo.

Col. Prædam meis è dentibus rapis hoc σύληα

Quid uult συληδο? & modo caret modo, face

Compendium. Com. compendio dictis opus.

Sed ipse græcis modis. Col. græcarier

Malim atq; pergræcarier. Com. facetior

Nostri esse quam prudentior. Col. prudentior

Immo esse quam facetior nouero, si erit

Vnde. In dies (si occasio) esse bis duos

Scitiissime scio atq; prudentissime.

Com. Ha ha he tuis digni sales sunt moribus.

Col. Quid tandem id est cui tanta sunt præludia?

Dic sis modo. Com. audi. Col. audibo, dic agendum  
modo.

Com. Gaude. Ingredi faxo te heri penitrium,

Vbi flaccidum modo pernulis, petasonibus,

Larido suillo, & optimo uino tuum

Hunc sacculum saturauero, gaude modo.

Col. E ueteribus stipulis camœnas apparas,

Et more coccygis eadem recantitas,

Nunc occine aliam cantilenam. Qui finat

Ferre

Ferre intrō me pedem senex tam tetricus,  
vt plane Aristippum superet aut Diogenem  
Nug. agis trifurcifer, dimitte me.

Com. Dimitto, abi. Col. te druorent cacodæmones  
Triuerbero, miserrimus abeo. Com. heus Colax.  
Seria loquor. Col. Λησοπλεγες. Com. cedo manum.  
Col. Hem, quid minum? Com. & me & te beavit haec  
dies.

Curaberis. Abiit hinc senex in prædium.  
Seniore cum Philetio gnato suo,  
Subducat ut ratiunculam cum uillico.  
En singuli ab sunt qui forent obſtaculo,  
Rem credidit mihi totam, & argentariam  
Primum, & cibarium, sed & uinariam,  
Oleariam, atq; opsonariam. Inſuper  
Super omnia bona sua me herus constituit, &  
Super famulicium suum, en claves quibus  
Sum præditus, quibus ingrediar in atria  
Opipara, diuitiasq; heri primarias.  
Col. Beas beas me sancta saturitas mea,  
Si id uerum & id certum. Com. hercle uero uerius,  
Nec te eſurire certius. Iam uolo animum  
Te aduortere his paucissimis que iuſſero.  
Producta uerba longius ſunt quam utile eſt.  
Col. Ut me uoles ſemper ero: quiduis impera,  
Sed es breuis. Com. certum eſt. Herilis filius

Iunior

Iunior Asotus, scis quād ad omnem facilis est  
Lasciviam, petulantiam, iocos leues,  
Epulas, sales, risum, & uoluptatem id genus  
Reliquām? Col. probe noui, is calamitati meæ  
Præsidium amabile, modo licet per patris  
Scueritudinem. quid ergo uis? Com. face  
Ut aduolent due animulæ & formosulæ  
Et mollicule & amabiles, Planesium &  
Margænium, atq; huius farinæ pauculæ  
Bibesij uoluptuarij. Col. licet.

Com. Induce per posticulum pede pressim. Col. eo.  
Lepide exequar, nihil aliud est? Com. propere redi.  
Col. Properrime. Venter monet. Com. culina ego ut  
Instructa sit curauero. Col. id curaueris.  
Quid? nihil in os uenatico cani antequām  
Venatū eat iactandū erit? Com. raptim. Col. admodū.  
Com. Ingredere, sequar, & omnibus præscripsero  
Edicta heri, atq; interminabiles meas  
Leges, quibus si uerbulo obganiuerint,  
Et ulmei & phœnicei faxo sient.  
Strident forces, an aliquis audeat egredi?

## A C T V S I. S C E. I I I.

Trimetri ut superiores.

Tribonius. Comasta. Colax.

B Et ipsum

**E**T ipsum & ingluuiem ipsius Diespiter  
Perdat, qui in ædes has heriles irruit,  
Non aliter atq; famelicus post quatridui  
Ieiunium lupus. Com. Colaci irascitur.  
Tri. Pernis tribus citius quidem quam dixero  
Iamiam uoratis, denuo petasonibus  
Crudis, deinde artocreas aude ingruit.  
Timui profecto in me quoq; faceret impetum,  
Ita dentibus fremebat in captam sibi  
Prædam. Com. libet ridere utrumq;, & illius  
Edacitatem, & huius impatientiam.  
Tri. Atq; utinam herus resciscat hæc & corrigat.  
Nam his omnibus Comista herus dum abest domo  
Conniuet, atq; uidens tacet, & (uti suspicor)  
Inducit hos nihil uiros. Com. hem. uii uideo,  
Nisi rigide abactus hic siet, pax nostro huic  
Foro non potest negocio. Triboni ades.  
Tri. Quis me uocat? tun' hic eras Comista? quid  
Me uis? Com. quid ædibus relictis me inscio  
Exis foras? an nulla tibi cura est rei  
Domesticæ? Tri. est nonnulla, maior forte quam  
Quorundam eorum, qui crepantibus ampliter  
Buccis eam sibi arrogant. Com. hæc in meam  
Contumeliam tuumq; prosequeris malum.  
Quæ igitur foris rerum tibi curatio est?  
Tri. Primum expulit me improba Colacis edacitas,

Quæ

**Qua** indigne heri penu abligurit funditus.

**Com.** Nunquid minus te id argente asturus es?

**Tri.** Faceret minus, si tu minus conniveas.

**Com.** Salus herilis pendet ex te scilicet.

In heri negocia modo hic ablegandus est.

**Quis** militat cuius suis stipendijs?

Nulla alia causa te uocauit huc foras?

**Tri.** Hæc causa prima (dicere ut iam cœperam)

Huc impulit, uerum tametsi hæc non foret,

Granarium uocaret huc uel horreum

Statim, ad cribrandum triticum, herus ut iusserrat.

**Com.** Id iam cribratum oportuit, abi, abi hinc frutex,

Et expedi oxyus quæ agenda in horreo,

Nisi fustibus scapulas uelis metirier,

Nam & hoc peracto ad alia dirigendus es.

**Abi.** Tri. heu. **Com.** Colax ades, euola. **Col.** en, adest  
Colax.

**Com.** Ut iuſſeram, iuenare, utrum ne illos quæas

Tres debitores uspiam prehendere,

Iuriq; sistere. **Col.** exigam, haud effugerint.

**Com.** Curre, interim nos te domi morabimur.

**Tri.** Si intelligam probe dolos, quos cum improbis

Commentus es, non debitores iudici,

Sed scorta herili filio ductanda sunt.

Conscendam in horreum hoc, & è granario

Sollicitus obseruabo quos adduxerit,

Si non dolí hic commenta sint, nullus siem.

CHORVS Iambico dimetro

**A** Mor parentis in suos  
Res est stupenda liberos,  
Non pupule tam lumen est  
Quam patri amicus filius.

Ut arancus se euiscerat  
Pater, & suam substantiam  
Impendit, ut gnatum iuuet.  
Et calamitate liberet.

Mancipia edunt, ipse esurit  
Paruo' ueictu & aspero  
Viuit, suo dum filio  
Parcat, sibi parcit nihil.

Nam propter hunc beandum adit  
Terrae marisq; pericula,  
Latronum & insidias pauet,  
Sed & frequenter incidit.

Horum omnium tamen interim  
Fore liberi immemores solent,  
Leuibus rependunt moribus  
Pro amore amaritudinem.

Sed tu probæ indolis puer,  
Tantis tibi laboribus  
Obitis referre gratiam  
Stude, & uicissitudinem.

AC<sup>o</sup>

# A C T V S I I . S C E . I .

Iambici tetrametri.

Merimnus. Tribonius. Dætrus.

**M**ortaliū nemo est miserior me uel infelicior,  
Nam seruitutem præter hanc quam seruio, ta  
met si optimo

Huic uiro multis ab æconomia modis diuerberor,  
Cui senex totam simul cū re familiam tradidit  
Suam gubernandam. Tri. haud minoribus afficior et  
ego malis.

Probra, improperia, irrisiones, scommata, & amari  
sales

Et colaphi, & alape, et ulmeus liuor manet Triboni.

Ni pedibus & manibus libes eam eius in sententiam.

Me. Sermone blado, moribus placidisq; cōpello uirū,

Fert semper agre, ut hero fidelior sit obsecro. neq;

me

Nisi uerbere aut conuicio dignatur, & quod omnium

Multo mihi molestissimum, quecunq; sollicitudine

Mea, aut tua frugalitate parta sunt, heri quoq;

Quicquid laboribus erat aggestum, æconomus inutilis

Et infidelis dissipat, nobisq; demensum cibum

Subtrahit, herus quē iusserrat tēpore statu nobis dari.

Tri. Rem ueram & ærumnosam aīs Merimne, sed

quod inclytum

B 3 Quod

Quod amabilem adolescentem heri pulcherrimam  
substantiam

Corrumptit, illicitq; in omne scelus, habet me pessime.  
Serui fidelis est heri magis usq; honorem ac liberos  
Curare, quam uaria opes, magisq; multo quam sua  
Commoda. Ferendum utcunq; si quis me angat, aut ra-  
piat bona

Domini: at quod in heri pignera exitium est, ferendū  
neutquam.

Mer. Verum hercle, uerum, nunquid aequum tibi vide-  
tur, si in dies

Nos terferit, et hanc seruitutem faciat odiosissimam?  
Tri. Profecto iniquum, sed decet pro hero fidelem ser-  
uum

Opprobrijs saturari, et affici crucibus, et emori,  
Si tempus aut locus expetat. Mer. quid igitur est? quid  
facto opus?

Tri. Quamprimum hero negocium omne deferamus,  
ut sciat.

Ne nos dolii insimulet, uel infidelitatis arguat,  
Si clam fuat. Mer. probe mones, redeunti hero indica-  
bimus.

Tri. Mora est periculo. Mer. periclo? quando sugge-  
renda sint?

Tri. Agendum id est statim. Mer. statim? Tri. statim,  
premit enim occasio

Mer.

Mer. Qui sic statuit ut assolet epulari? Tri. ita, e' gra  
nario

Dolenda uidi, scorta per posticulum intrusit Colax.

Mer. Nugaris. Tri. utinam, prius enim oeconomicus ui-  
dente me dedit

Masigie huic mandata, ut adulescentulo scortains  
gerat.

Mer. Pape, qd audio, perij, quin istud est cautu magis?

Tri. Haud ciulatione opus, sed sedula prudentia.

Tu praestinato ut iussus es scōbros, ego patrifamilias  
Hec clanculo interea omnia indicauero. Mer. recte  
mones.

Sed ecce ab incunabulis hypocrita Dætrus aduolat.

Caue nequid horum intelligat. Dæt. quid abitis &  
quo tenditis

Iter ô uiri integerrimi? quid me domi relinquiss?

Mer. Nos praestinatum amittimur pisces, probi quod  
interest

Serui, domū intus & foris curato, aderimus crastino.

Dæt. Me miserum, adhuc liuet cutis plagis nuperri-  
mis, manent

Recentia heu me uerbera, adeo rigidus est oeconomicus  
hic,

Etiam in ijs que præcipit præscripta contra herilia.

Nullus q; huic malo obuiat, redeat utinam herus &  
obuiet

Tri. Seruum innocentem omnia decet perferre mala,  
quanto magis  
41. Nos qui innumera cōmisimus. uale. Dæt. ualete.

A C T . V S I I . S C E N . I I .  
Octonarij ut superiores.

Dætrus. Comasta. Merimnus. Tribonius.

Nunc bene est.  
Nūc carbasa. Sed hic irruit Comasta clavatus, lubet  
Videre quid agat. non puto animaduertet in amicum  
modo.  
Com. Scelesti, inertes, plagipatide, adhuc satim' liuet  
cutis?  
Tantisper est garrisire lubitum, & atterere diem ocios.  
Abite, abite dum. Mer. heu. Com. uel ad coruos, uel in  
malam crucem. Tri. Oh.

Dæt. O hercules diuerberat eos fuste, faxo eiusmodi  
Ne condiat carnes meas cōdimine. Obsequar homini,  
Blandamq; frontem preferens, quæ uoluerit faxo, ut  
queam  
Redimere tot plagas, si erit frugi, coquendi copiam  
Mibi faciet, indulgere Genio sinet, ut arbitror. E foro  
Passerculos, ficedulas, anates, lepusculum, & anserē  
Dudum attulit, nō nihil in his sperare mihi licet boni.  
Veruntamen scio equidem, herus ueniens domum hæc  
si rescierit

Nos

Nos ulmos totos dabit, sexcento plagosq; faciet,  
Quia iuniori filio hanc occasionem dederimus.  
Inter sacrum saxumq; sto, lupū auribus teneo miser.  
Delibera, perpende Dætre utrum eligas, euadere  
Præsens malum, aut perendinum. Ex misero quidem  
miserrimum.

Te isthac die facere ualebis, siue fœlicissimum. At  
Quid ante tēpus es miser, crucians teipsum inaniter? 440  
Dætrus minister erit, coquet bellis homunculis, malis  
Instantibus mederier licet, futura incerta sunt.  
Quin etsi hero fiat palā, nihil est qd' haud prætexero  
Callidus, et excusare, et incusare, et assentari  
Doctissimus. Sed iam reuortit huc malicia præditus  
Trux carnifex, timco faciat in me impetum, ita torcit  
ferox (hibuero.  
Volutum, ast eo obuiam, et capite demisso honorem exs

## A C T V S I I .   S C E .   I I I .

Tetrametri ut superiores.

Comasta.   Dætrus.

**H** EUS Dætre te uolo. Dæt. hem domine præsto  
sum, abutere ut libet.  
Com. Te perduat tuiq; abusum Asphaltus, impurissime  
Vti libet potioribus. Dæ. quid dixeram? ut libet  
utere  
Dicere uolenti parcito. Com. parco, caue sis amodo

B   S

Mihī

Mibi uerbulo aut nutu obstrepas. Dæt. cati cauebimus  
amodo.

Dic mi patronē, si quid actum à me uelis, perfecero  
Lubens. Co. probe, sic te decet mihi esse morigerum.  
sed his

45. Compendium dictis uolo. Scis flagriones hos duos,  
Quos fuste deturbauit ab ædibus, usq; iussibus meis  
Rebusq; singulis & aduersari & obloqui? Dæt. scio  
Com. Hos uti mercabant proximum in uicum expuli. Dæt.  
merito quidem

46. Com. Viuarium ut contentur, & pisces domum cras  
conuehant

Reliquamq; familiam uacantem amisi ad opera extra  
ria.

Dij boni, q; absente hero turb a omnis infidelis est.

Te unum inter omnes & probum & fidum autumo,  
cui nil prius

Herilibus bonis. Dæt. profecto nil prius. Com. paucis  
cape,

Sunt iuniori gnato herili amiculi sybaritici,  
Asiatici, atq; asotici, quibus dapes lautissime  
Coquas oportet. Dæt. scilicet. sed quid si herus resci  
uerit?

Næ accerrimas poenas uteq; dabimus: alter & alteri  
Non utiq; suffragabitur, timeo admodum pelli meæ.

Com.

Et

Et ego admodum iugulo meo, per Hercule tu ignavior  
Cuculo es homo, pelli times, tibi dum esse felici licet?  
De pelle si modo agitur, in portu silent merces meæ.  
Dæt. Ero ut uoles. Com. cura statim sequare. Dæt. te  
actutum sequor.

(rimus)

Pol omnium quos uidi hic est deterrimus. Com. deter-  
Væh tibi scelus. Dæt. sinc obsecro finire me sen-  
tentiam.

Com. Quam? dico. Dæt. pol omnium quos uidi is est  
deterrimus

Qui respuat beatus esse, dum fuerit occasio,

Id coeperam, cur mi uolenti dicere id succense ase

Com. Haud loquere consentaneum, tamen facesse que  
uolo.

Ne feceris mihi remoram, sequare. Dæt. sequare celer  
rime.

Nunc abiit hic pol omnium quos terra susinet uspiam  
Deterrimus, ridet senem, rem dissipat, gnatum locat  
Scortis, ferit pueros, & omni luxui se immersitat.

Hinc aliquot affectos probro optimos uiros longe afa  
pidit,

Quo indulgeat licentius suis cum herili filio

Fœdis uoluptatibus. At ex intemperantia illius

Mibi cumulus obtinet bonorum, quod uoluptate li  
ceat

Frui, atq; ad eius vestimenta facinora probum uiderier.

O le,

O lepida fors fortuna, seruas me, bene est, bene me  
beatis.

Nunc carbasa (inquam) Euro dabo, atq; frena laxa-  
bo Genio. (splendide.)

Intro sequor, coquo, lixo, torreo, condio, apparo  
Exit Colax ad hæc probe exigenda mire accōmodus.

## A C T V S I I .   S C E . I I I .

Iambici senarij.

Colax solus.

**I**Oui optimo ter maximo habeo gratiam,  
Mihi omnis ex sententia res prouenit,  
Albis quadrigis euctor, post brumam adest  
Vernus tepor, post hymbrem adest serenitas.  
Sub inedia misero opitulatus obiter est  
Comasta, prædam uterq; quam uult nactus est,  
Parasitus est uenatico similis cani.  
Cui et si feram uenator eripere solet  
E dentibus quam ceperit, cibarium  
Tamen accipit panem, ut suam ingluviem expleat.  
Prædam priorem domino, & hanc sibi uendicans.  
Item ego, seras quas prendidi œconomus tenet  
Sibi atq; hero. Scorta attuli, epule me manent.  
Verua tument, chytropodes exhalant focis.  
Fœlicitati unum deest meæ, utpote  
Vnius Asoti redditus, hunc si prændero,

Sat.

Sat prændidi. Sed aduolat' ne Asotus hue  
Accipitris in morem, sinistra quem gerit?  
Sine appropinquet, ipsus est, Asotus est  
Ipſissimus. Nunc incidit fera ultima in  
Casses meos, quam cupicram. Dij boni  
Quām uagus hic est pullus, q̄ & indomita est auis  
Nec lac similius lactis est, nec aqua est aquæ,  
Atq; hic auī persimilis est. Patrem (auguror)  
Abiſſe ſcit, leuitatis id dat fomitem.  
Nam cum domi eſt, ipſum ueretur plurimum. Hem.  
Quid arguo, cuius meam demencia  
Gulam beat? Cauet, haud uidentem ſe uidet.

## A C T V S I I . . S C E . V .

Iambici dimetri & trimetri.

Asotus. Colax.

1. **A** Vis feræ persimilis eſt      Acataleſti.  
Inuentalubrica & iuga,  
Nam quemadmodum ſepe auolat  
Custodis auis incuria,  
Ut nunquam eandem poſſiet  
Allicere uel præhendere.  
Col. Vetus iſta cantilena      Cataleſti.  
Quadrat tuis adamusſim  
Tum moribus tum factis.  
2. Inuenis perinde lubricus      Acataleſti.  
Fuge

Fuge fuit si occasio,  
Nec patris imperium obuiet,  
Raptatur ultro quolibet,  
Ut eius ignores vias,  
Nec possies reducere.

Col. Bene intulit profecto  
Ad hæc libens ausculto.

.3. Si morte delirus senex  
Sublatus è medio foret,  
Et cederet mihi portio ex  
Hæreditarijs bonis,  
Beatus & felix forem, &  
Liceret omne quod libet.

Col. Quanquam carentem audire perlibet, tamen,  
Adorior hunc (quia proximus) iam comiter.  
Aso salve. Aso. quis loquitur? Col. hic respice.

Aso.

Tun' es Colax? Col. ego sum animule. Aso. hem, Salve  
Colax.

Quid admodum suavis es? Col. ego ne iam tibi  
Suauior sum, quam haec tenus semper fui?  
Aso. Videre nunc quidem, sed age dic mi Colax,  
Senem ne uidisti patrem meum? Col. domi est.

Aso. Perij, quid inquis? Col. te moratur in ostio.

Aso. Plane occidi miser, hunc abisse rus ratus.

Col. Quid si ego uetem te iſthanc modo erumnam

Cataleſti.

Acataleſti.

exes

exequie

Aso. Dic serio, pater, domi est? Col. non, rus ijt,  
In prædium, uix crastino redditurus est.

Tamen domi est. Aso. quisnam Colax? Philætius?

Col. Non, cum patre est. Aso. Tribonius? Col. non est.

Aso. scio.

Merimnus absenti patri cupit integrum &

Saluā esse rem. Col. nec is domi. Aso. me plurimum

Beas. Col. beo inquam te, nam uterq; abactus est.

Aso. Abactus est? quo abactus? Col. in pagum fo-

ras.

Aso. Cometa uillicus est? Col. patrem qui habet hos  
pitem?

Aso. Saluae meæ res sunt, teruncij cæteros

Non fecero. Sed dice quisnam sit domi,

Qui obfit mihi. Col. scis græce? Aso. ita, & græca  
rier

Vtcung; calleo, dum licet. Col. μασγοῦνιορ,

Πλανήσιορ. Aso. μανια γλυκεῖα, γλυκὺς Δόλος.

Sed age, quid hasce fuggeris? Col. rogas? domi

Tue morantur te. Aso. me Asotum? Cerberus

Te glutiat nequissime. Col. at te mauclim,

Dum nuncio bona etiam' ne diris deuoues?

Aso. Mentiris omnia, hactenus mi os oblitum est

Colax? An ausi eiusmodi tibi uideor

Impure, qui cum lusites? Col. cedo manum. Aso.

Quid

Quid uolt dari? hem. Col. tam uera sunt hæc, quod supra  
Nos est polus. Aso. uideris cœsire. Col. iam  
Non admodum, nam illum tyrannum propuli  
Poggio tribus pernis, qui adegit me cruci,  
Denuo propulsaturus hinc poggio teque op  
Petasonibus, poggio teatwt artocreis.  
Aso. Quo uerbero uerborum hic ingens ambitus?  
Suspendio tenes, logis finem face.  
Col. Compendio dicam. Senex abest domo,  
Oeconomus aspulit familiam tetricam,  
Venatum abegit me. O lepusculos tibi  
Pulposulos modo prændidi, Planesium,  
Margænium, feras & id genus alias.  
Quicquid gulam aut venerem allicere solet, domum  
Comasta comportauit, & Dætrus coquit.  
Vinum, iocus, risus, salesque; affluxerint.  
Aso. O Bacche seruas me, si ita est, sunt res meæ  
Fultæ. Sat est uerborum, eamus intrò, nam  
Ardet uidere corculum que dixi. Ament  
Te Dij Colax, qui quod mea ex rc est sedulo  
Curas meminero dum sinent fortunulae;  
Sequere. Col. sequor, grunniire uenter occipit,  
Tu cantilenam prosequere, quam cœperas.  
.4. A.s. Cum bellulis homunculis. Acatalesti. Iam.  
Et candidis puellulis  
Porrigere frontem si libet,

Id pros

**I**d propter inopiam haud licet.  
Soluendum enim dum in symbolo est,  
Vbiq; zonam perdidit.  
Col. Id mihi accedit frequenter, Catalekti.  
Cum non eram soluendo.  
• **S.** Aso. Iccirco patrem accessero, Acatalekti.  
Rogaueroq; ut impleat  
Meam aureis crumenulam.  
Si fors mihi id negauerit,  
Rem hæreditariam petam  
Mibi diuidi, atq; abiucero.  
Col. Menti sue secundum Catalekti.  
Vagam indolem canendo,  
Fugam fugax meditatur,  
Ni consequatur uotum.  
**A**so. Sequere. Col. sequar te. Aso. aperitur ostium. Col.  
sequor.  
Monet ipsa res, nident culine opsonia.

CHORVS Iambico dimetro.

**V**ana est iumentus & uaga,  
Salix, petulca, lubrica.  
**A** pecude ni coerces,  
Post paululum nil differet.  
Sola est uoluptas cui studet,  
Sola est libido quam cupid,

C Scortas

Scortari, inebriarier

610 Noctes diesq; nititur.

Tam cæcus est ephebi amor,

Peruersus, improbus, impius,

Vt iactet id potissimum,

Vnde erubescat maxime.

620 Sua supra clancularia,

Furtum, dolum adolescentuli,

Quantumlibet pudenda sint,

Celebrant, honestant, efferrunt.

Quapropter hanc licentiam

Oportet esse coercitam,

Alioqui ephebos criminum

Tandem in barathrum merserit.

Nam quodlibet malum, cui

Non initio resistitur,

In omne passim flagitium

Peius priore pertrahit.

## A C T V S I I I . s c e . 1 .

Iambici Senarij.

Cometa uillicus solus.

630 **M**Andata herilia uix quidem quæ tutæ sunt  
Solent inertes aggredi. & nihilominus

Cum hero suo, si ut fungq; ad oculum fecerint,

Pro præmij retributione exposulant.

Fides

Fidos probosq; se arbitrantur feruulos.  
Veruntamen multo secus ego censeo.  
Nam fidum ego & probum autumo, domini sui  
Qui iussa sedulo facessit, & aspera  
Perinde fert ac prospera, haud tamen arroget  
Sibi meritum, sed iniuriam usq; iudicet,  
Totusq; herili ex gratia dependeat,  
Me scio eisdem, scio uerbera atq; opprobria  
Manent ab œconomia domi, nam ægre feret  
Se deprehendi ac reprehendi, herum quoq;  
Lento gradu meum assequi ad uestigium,  
Non suspicabitur, & ob hoc in me seuet.  
Verum imperium herile exequi est sententia.  
Visam quid actitet domi, num dissipet  
(Ut de tulit Tribonius) domini bona.  
Ne callida eludat uaficie simplices  
Senis oculos. Coarguent nequam scio  
Tribonium, quasi egerit iniquissime,  
Factus sui commilitonis proditor.  
Sed ego uirum fecisse recte existimo.  
Nam te infidelem hero esse, quo seruo malo  
Dis propitius, non conuenit, minime expedit.  
Sed ostium crepit, uidebo quis excat.

## A C T V S I I I . s c e . II.

Trimetri ut superiores.

Colax. Comasta. Cometa:

**P**Arare uina animos solent, (quemadmodum  
675 Cecinit poëta) sed mihi secus accidit.

Quantumlibet uentrem meum uino oppleam,  
Nihilo minus labascit animus impotens,

Et prorpter aduentum senis cor palpitat,  
Nutant gradus, artus tremunt, pallent genæ.

Sed & pauor subitariam urinam exciet.

Papæ, malo omne auspiciatus sum diem hunc.

In foribus est malum. Come. quid occipit loqui hic  
Scelestus? Col. Heus Comasta te uolo, ades dum

Coma. ut hic

Nequissimus bacchatur ecquid est? Col. malum. Com.  
hui.

Col. Perimus. Coma. at seruamur inquam. Col. heu  
me. Coma. quid est?

Col. Vbi transij limen domus, in culmine

Sedit sinistræ clamit ans minaciter,

Rostroq; teglas uellicans cornix. quid hoc

Portendit aliud, quam quod aut mea, aut tua, aut

Vtriusq; nostrum uellicanda sit cutis?

Coma. O timidiorem lepore, num cornicula

Te terret unica? Nec corax, nec noctua, aut

Cornicularum mille me deterreant.

Adeon' supersticiosus es, ut anilibus

HIS

His fabulis attonitus expauesceres?  
Ades, fructe presentibus, futura namq;  
Incerta sunt, redi. Col. rcdibo, at palpitan.  
Certe hoc uiro haud in orbe confidentior,  
Qui homines ueretur neutquam, nec percita.  
Ira expauescit numina. at uero obsequar.  
Come. Nisi durius Comasta sit coercitus,  
Res nostra pessum ibit dome stica. quia  
Hoc homine confidentiorem neminem  
Puto esse in hoc loco nec usquam gentium.  
Medius fidius ipse Parasitus iustus est,  
Si conseratur oeconomico. At ego nunc sequor,  
Clasum ostium est, ualidissime pulsauero

## A C T V S III. S C E. I I I.

Senarij.

Cometa solus.

H EUS heus, quis intus est? quis aperiet ostium  
hoc?  
Ohe domus plena est ligurientium,  
Bacchanticum quoq; et meretricantium.  
Nemo audit, ecquis aperiet mihi ostium hoc?  
Merimne, Dætre, Thrypte, Triboni, nullus est?  
Ut nulla deferentium suspicio sit,  
Validius aliud ostium pulsauero,  
Penitisimum quod ducit in domus locum. heus

Recludite, heus, nec vox sonat nec sensus est.  
Quid ab Diis uestram fidem, quid agitur hic?  
Clamo, reclamo, pulsito, repulsito,  
Ut non modo postes quat, sed & domus  
Nutare fundamenta videantur, nec est  
Qui exaudiat respondeat' ue. at una vox  
Est omnium bacchantium & heluantium,  
Ritus, iocus, festivitas tractantur in  
Penetralibus. Comasta hero inibi herilior.  
Vocabo tandem ex nomine. heus Comasta. ohe  
Exaudiunt, nam missitantes, ut musculi  
Taciti silent. Prorumpet huc foras kitro  
Furibundus ac temulcens. Atqui nondum adest.  
Quid nunc moratur? ut nihil non suspicor.  
Num scorta clam eiciet per abdita: neutquam,  
Nam audientior, pulsabo adhuc. Comasta ades dum.  
Ades dum, ades dum, quid morari flagrio?  
Non dubito quin me rideat, ea preditus  
Petulantia est, conuicio iritandus est.  
Exi è latibulo mastygia citus foras.  
Egrederc pernicies herilis & dibus.  
Exi è culina nidor, ecquid adhuc lates?  
Quin aduolas? his credo prouocabitur  
Sermonibus.

ACTVS III SCENA III.  
Scena

Senarij.  
Comasta Cometa.

Quid hic tibi clamatio est  
Pro his ædibus scelus? putas uersarier  
Ruri, tuo iue in sterquilinio sordido?  
Abi frutex, abi, recede à ianua. Come, heu.  
Coma. Hoccine uolebas? Come, heu perij, quid uerberas?  
Coma. Quia lubitum est. Come, patiar, sine aduenire  
senex.  
Senem sine aduenire, quem absentem comes,  
Tu urbane scurra, libidinum fomes, mihi  
Rus obijcis? post pauculas horas caue  
Numerum in crucibus arenium ruri auxeris.  
Nunc dum tibi lubet & licet, bibe, perde rem  
Domesticam, corrumpere herilem filium,  
Meretriculas accerse, pasce inertium  
Gregem heluonum, una agite pollucibiliter,  
Totos dies noctesq; pergræcamini.  
Isthec ne mandauit tibi, cum abiit senex?  
Hoccine statu offendet repositam rem suam?  
Hoccine boni serui esse officium existimas,  
Ut filium corrumpat absenti patre?  
Corruptum eum duco, dum ijs fludet artibus,  
Quibus eruditur ex magisterio tuo.

760 Coma. Quid tibi (malum) dic quid ego agam curatio  
est?

An non tibi curanda ruri pecora sunt?

Potare, amare, scorta ducere, animus est,  
Mei fit hoc tergi haud tui fiducia.

Come. Quam audacter inter pocula modo perstrepit.

Coma. Te Iuppiter perdat Dijq; omnes, abi.

Tetrum allium germana colluviis oles.

Come. Non omnium est unguenta oleum exotica.

Neq; uescier tecum opiparis dapibus, tibi

Tuos habeto turtures, ficedulas,

Passerculos, & id genus alias aves.

Sine me alliatum, & fruge contentum mea,

Fidum esse hero, sis tu beatus, ego miser.

Coma. Bene imprecari id quod est dignissimum.

Decet me amare, & te bubulcitare, me

Quoq; uititare splendide, teq; misere.

Abi, caue molestus esse, rus abi.

Come. Non cessero a modo, licet modo oporteat.

Coma. Sapit, aufugit, neq; quod loquor floccifacit.

Nam abactus est, explosus est. Sed nos quid hic

Sordidus inexpectatus obruit? an hero (id

Quod sufficor) dolosus explorator est?

Veh tergori, ueh gutturi meo. Attamen

Hic cæcior talpa, atq; pilo obtusior,

Vt atrum ex albo uix queat discernere.

Homi,

Hominem probe deludam, herus si resciat,  
Nihilq; in his non comminiscier licet.

Regrediar intrò, sint sue curæ omnibus  
Curantibus. Quid hui, quid intus est tumulti?  
Inclamat Diuos, atat quid hoc malis?  
An (ut assolet) fit pugna pro mulieribus?  
Celerius hac dirimenda, ne gliscat malum.

780

790

## ACTVS III. SCE. V.

Trimetri.

Cometa solus.

Qvid concito cursu in domum irruit latro?

Quid ciuitatio atq; deprecatio

Cruciumq; uerborumq; sper posticulam' ne

Herus, hos inopinatos in facto opprimat,

Ingressus est? suopte more neutiquam.

Reuortar hac, fors & nubi indignabitur,

(Si intus fiet) quod tantum huic dederim λόγων

Spurcissimo. Ipsius est senex, mirum quidem

Qui tantum itineris mensus est hora breui.

Vrgebat hercle negacium, quod & addidit

Vires senectuti. Ipsius est certo senex.

Nam amarulentis gemitibus uox illius

Singultit, & Philetij uox acrior.

Eccas, propelluntur foras Margenium &

Planctum mercetriculae. & iuuenulus

780

790

800

810

Afotus indomitus, utrisq; luctus est.  
Procedam ut audiam, atq; consulam probe  
(Si quero) bone adolescentis indoli.

## ACTVS III. SCE. VI.

Senarij.

Mægenium. Planesium. Afotus. Cometa.

815 **H**eu dura sors. Pl. heu me miserrimā, o dij, ut  
Fædata cutis ē puluere ob sita. Af. ab dolor.  
Mar. Quid oblītam istanc puluere ingemis? uide ut  
Mca tumida est liuetq; uerberibus cutis.  
Nec me piget pudere, nec fōrdere, nec  
820 **P**lagarier, tuo præ amore mel meum.  
Te pudeat ob puluisculum qui adheserit  
Vestitui, aut cultum immutum conqueri.  
Pla. Quis nescit hac quod uoce suffigiles meum.  
In amicum amorem? an modo sibi te elegerit,  
825 **D**uctauerit, & amauerit? Sile olida sus.  
Mar. Quin tu file cloaca susq; morbida,  
Cui præter hanc frontem, femur, latus, inguina,  
Et corporis alia membra purulenta sunt,  
Infecta morbo qui solet cclarier.  
830 **P**la. Tun' ande as me morbidā? Mar. quin audeamē  
Et menstruofam. Pla. me ne dices morbidam,  
Me menstruesam? En morbida hæc, ueneficam  
Te his uerberat pugnis, & ungue uellicat.

Mar.

Mar. Id neutquam impune cgeris. Tu fædior  
Quouis caduere, atq; cœno obsecnior,  
Tu cæderes? Sic disce pugnis cedere,  
Sic disce pugnis cædere, sic uellica.

Come. Non est quod usquam gentium intuerier  
Malim, calyptre, pepla, uittæ deuolant.

Passos capillos manipulatim uellicant,

Hic ludus est plane meretricius. Adit

Afotus, huic uidero quid horum curæ erit.

Sequester est profecto, prælia dirimit.

Afo. Nolite rogo me propter altercarier,

Nam utraq; mihi ut pulcherrima, ita charissima est.

Faxo in malis socie, & bonis fruamini.

Mar. Men' illa cæderet? Pla. tibi ero ludibrio?

Afo. Quiescite. et si copta nostra negocia

Turbata sunt, fortuna tandem si uolet,

Meliora erunt, mihi à patre recedendum erit,

Qui offensus his grauissime, poenas graues.

De singulis sumpturus est, in me quoq;

Forte omnium grauissime anima duorterit,

Si in ipso ei primo furore occurrero.

Valete amicule. Mar. uale longū. Pla. uale. Come.

Afo te Afo. Afo. quis uocat? Come. quin respicist?

Me sequere, ut animi causa camus quolibet.

Afo. Non te sequor. Come. turbatus est. heus te se-  
quor.

ACT.

# A C T V S III. S C E. VII.

Iambici tetrametri.

Eumenius. Thryptus.

**H**ec Thrypte sellam profer, ut lassus quiesca,  
nam domus.

860 Infusa Baccho odore longe olet tētērīmo  
Epulantium bacchantiumq;. Proh dolor quod in hoc  
mea.

Congesserim bona ab improbis ut edantur his lurco-  
nibus,

Meretricibus, scortantibusq;. Proh dolor, quod hec  
domus,

865 Quam semper hactenus scholam fuisse uirtutū liquet,  
In gancum atq; prostiblū conuersa sit, quandoquidē  
Nisi modo rescisem, filio labem intulissent maximam.

Hoccine fidelium est opus seruorum, herilcm filium  
Absente hero corrūperc, suppellectile pessum dare,  
Cæsis domus meæ uel expulsis probis uernaculis,  
870 Ductare scorta, accire lenones, gregemq; inducere  
Parasiticum, & per furtā, rerum creditarū singulos  
Opplendo pascere? An hæc quieto mihi animo seren-  
da sunt?

(parcam. Puer

In hunc ne sceleratum gregem animaduortero? haud  
Fer ocyus sellam, ut quiescam, nam oppidò lassata sunt  
Membra mea stando, restitando, cundo, redeundo, die

Toto

Toto. Haud fuit spaciū quieti uel minuto temporis.

Th. En sella adest here postulata, sede, quisce paululū.

Vin' adferam quo prandeas parum cibi & potus? Eu-  
mane.

Thr. Preterijt hora prādij. Eu. scio mi puer, sed hoo  
die

Neq; pane uescar, neq; bib am iunum, priusquam in im  
pios

Therapōtas aīaduorterim. Producite illos huc foras  
Lorarij, quo iussoram intus ordine, producite. Thr.  
heu.

## A C T V S I I I . S C E . VIII.

Octonarij ut superiores.

Lorarij. Eumenius. Comasta. Dætrus. Colax.

**V**Ti iusseras, Comasta adest domine, tuo discris  
mine aut

Plectendus, aut seruandus. Eu. hem, quid ausus es

Contaminare ædes meas nefande, spurcitie tua &

Scortis tuis, cædere familiam pro tua libinde,

Præterq; abusum, filij furarier, baccharier,

Scortarier quoq; & nihil sceleris pudendi omittere?

Quid poteris his pretexere & eloquere, quid obnuteſa  
cis, &

Quid concidit uultus tuus? quid muſitas? responde.

Coma. ita

Quia

**Q**uia libitum erat. Eu. haec uerba non sunt, quæ mere  
ri gratiam aut

**V**eniam queant, sed iram & indignationē prouocent.  
**C**oma. Iniquitas mea maior est, quam ut fata mortis  
deprecer.

**E**u. Te serue nequam ex ore proprio iudico. Ob sce-  
lera tua

**P**enesq; nostra in mancipia prōterua priuilegia,  
Te morte dignū, teq; plectendū horrida pœna crucis  
Pronūcio. Clangat tuba. Com. heu, sic separas me anda-  
ra mors?

**L**or. O domine flectere. Eu. apagete, sin abducitis pe-  
rislis. Huc

**A**dducite alterum, uolo etenim omnem semel domum  
meam

**P**urgarier. Lor. præsto est here. hunc uin' ad phylao-  
cam trudier?

**V**in' ulmcis aut taureis cædi? Eu. ulmeis aut taurcisi?

**M**ille crucibus dignissimū? O trifurcifer, quin tu mihi

**M**orem geris? quo usq; ad oculum seruies? mavis male

(Cum deprehēdi nō times) seruo obsequi, q; hero tuo,

**Q**uo usq; hypocrites eris? quo usq; mente subdola?

**D**et. Verebar here ne uapularem, h uid obsequendo.

Eu. non times

**I**nsane cum, qui carceri te perpetuo adigere potest,

**I**psa' ue morte tollere; at uentri fludes, facile times.

Et isthic abductus siet per compita omnia ac fora,  
Insignis hac qua dignus est furca, huic phylace ins.  
ne etite

Donec sciam, qua afflictione insigniter multabitur.  
Procedat & Colax uorax, qui præter id quod edit ac  
Bibit, arietem ualidum intulit quoq; casitati. Accede tu  
Quoq; bone uir, qd iuris est tibi aut rei in domo mea?  
Col. Nihil. Eu. quid ergo absente me isthanc ingredi  
præsumperas?

Col. Adegit huc me uenter Eumeni famesq;. Eu. ab-  
ducite

Scapul.usq; flagris cædite, ac dimittite, Col. & quidē  
satis

Digne, ut luāt scapulæ, qd ante ueter hic peccauerit.  
Eu. Iam fontibus plexis malum non paruum adhuc re-  
liquum est, mei

Gnati periculum iunioris, nam beat me ne uitquam.

Quam iniquus æqua passus est, at perditus quod filius,  
Id pessime me habet. Ibo, & in morem ingemiscens  
turturis

Contabuero miserūm omnīū miserrimus, donec uagū  
Post furtæ, scortæ, libidines, ad ueritatis tramitem  
Reduxero. Ite pueri, A sotum querite, ut compareat.

A C T V S III. S C E. IX.  
Senarij.

Rhi.

Philetius. A. fatus. Cometa.

**Q**uo perditus se proripit frater meus?  
Moratur hunc pater, familia queritat.

Sed ecum adest frugi comitatus uillico.

Frustra monet, frustra obsecrat, scio perditum.

Rigore agendum censco, obiurgabo cum.

Et ut meret duriſſime increpabo eum.

Quid frater est, quod post tuam insolentiam,

Temulentiam, petulantiam, lasciviam,

Post ducta scorta, post domus rem perditam,

Adhuc patris te subtrahis conspectui?

Horum omnium non te pudet? non poenitet

Mitem patrem iritasse tantis sceleribus?

A. f. Pudet, pigetq; & poenitet. Phi. quin ergo ades,

Quo patris iram mitiges modestia?

Quid incers foris uagaris, aut turpia leuis

Leuissimorum sequere contubernia?

Quid ociosus ociosa amplecteris?

Quid operi alicui te domi non applicas?

Iam complices poenas dedere tui, cruci

Comasta iam suffixus est, Dætrus quoq;

Fortasse subrigendus est, Colax flagris

Acerrimis laceratus est, tu solus es,

Cui parcere pater optimus desyderat,

Et adhuc incers uagaris, atq; in ocio

Tempus teris. Quousq; abuteris patris

Inte

In te, & mea patientia & clementia?

Aso. Hec, sat & oī wī, pudet, pigetq; & pœnitet,

Quod nostra propter contubernia hoc die

Offensus est pater meus, que ego non tamen

Instruxeram, nec me sciente instructa sunt,

Sed inscius, quæstus ultro & accitus

Sum, cæterum ne q; tua uorata nec patris

Ex integro substantia est. Porro argui abs

Te indesinenter ocij atq; inertie

Tedere iam cœpit, nec amodo perferam.

Num tu mihi præfetus aut Didascalus?

Si deprehendat in facinore me pater,

Redarguat, me corrigam aut tolerauero.

Abs te recuso uel argui uel corrigi.

Curare desine, quod tua non interest.

Phil. Non interest mea? diu noctuq; qui

Duris patri laboribus te deside

Inseruio? En callent manus, rigent pedes

Curuatur oneri dorsum, anhelat hoc meum

Pectus, gelu urit & æstus hoc squalens caput.

Tu contrà, inertí semper ocio uacas,

Tu suauiter, tu delicate uictitas,

Instarq; scorti molliter, haud mea interest?

Aso. Quid agam scio, si pergis hoc modo loqui.

Phi. Fac quod uelis. Aso. abi uero. Phi. per me licet.

Aso. Tu rus abi sycophanta, abi in malam crucem.

D Phil.

Phil. Cometa sequere, actum est de eo. Come. heu.

Phil. sequere ad forum,

Videbo quanti grana ueneant. Come. sequor.

Aso. Ille abiit, ego recta ad patrem processero

Omnemq; rem quæ ad me attinet petiuero.

980

## A C T V S III s c e. x.

Senarij.

Eumenius. Aſotus.

**V**T is beatus est pater, cui contigit

Generare prudentes probosq; liberos,

Ita est profecto miserrimus, qui aut improbos

Fatuos ue consecutus est. id proh dolor

Iam dudum ego experior meis in prolibus,

Suscepi enim ex uxore filios duos,

Quorum alter est frugi nimis, quamq; expedit

Acqui tenacior. Laboriosus is

Quidem & utilis, sed admodum morosus est,

Porro alter ut iunior, eo est dementior.

Nam ad ocium, luxum, iocum, est propensior.

Sed ecum adeſt, tumens quasi ira percitus.

Habet profecto neſcio quid incommodi,

A fratre forsan increpatus durius.

Cui lenius q; meritus est loqui expedit.

Aſo. Salut pater. Eu. mi gnate ut est? recte omnia?

990

Aſo.

Aso. Etiam. sed est quod te uolo. Eu. Ausculto libens.

Aso. Ne deneges mihi iam, quod abs te postulo.

Eu. Quid id est? quid id celas? ad es dum, dic patri.

Aso. Da mihi pater partem meæ substantie,

Quæ hereditario mihi iure obuenit.

Sinc me institutis proprijs iam uiuere.

Eu. Quid gnate mi? quid in me. displicuit tibi

Obsecro, ut hanc rem postules? Aso. nihil pater.

Fratrem tamen mordere me palam, & alios.

Mihi iniudicere clanculum, non perfero.

Eu. Animæquior gnate es, boniꝝ consule,

Quod in tuam rem à fratre dicitur tibi, aut

Abs quolibet. Non rancor istius rei

Est seminarum, sed ipsa charitas. seminarium 1010

Lasciviam fuge & ocium, curato rem

Domesticam, fratri ades in agro, in uinea,

In ædibus, uoto pari, si nequeas

Pari labore aut uiribus. Ne iungere

Potantibus, scortantibus, uoracibus,

Rapacibusꝝ, & id genus nihil uiris.

Te tempori confer domum, mecum quoꝝ

Consistit liber in ædibus. Non te sinas

Obsequio & arte subdola mee domus

Seruorum ad improba pertrahi, sed moribus,

Sermone, gesu, actuꝝ liberalibus

Præstare cunctis nitere, quibus imperas.

Hæc tibi perennem gloriam, hæc tibi commoda,  
Hæc tibi uoluptatem omnium pulcherrimam  
Parauerint. Hæc facito, & in te ne quidem  
Catellus unquam mutiet, sed omnibus  
Habeberis charus, patri charissimus.  
Aso. Ne uerba mihi moram' ue feceris pater.  
Præcide funem, amitte, iacta est alea.  
Eu. In maximum dabo tuum tibi malum.  
Olim scies, cum te instruet uexatio,  
Quam exegeris temere tuum patrimonium.  
Mecum ingredere, quo fuis te cum loquar.  
Et portionem quam requiris supputem.  
Eheu miser. Aso. ne lachryma pater. sequor.

## A C T V S I I I . s c e . x i .

Dimetri.

Belial. Astaroth.

**H**a bahe, quid usquam letius  
Terra, mari, coelo, solo, aut  
Apud inferos mihi accidit?  
Ast. Quid Belial adeptus es.  
Solito quod es iucundior?  
Bel. Per Cerberum tu bardus es.

Non

Non hanc uides pulposelam  
Feram incidere griphis meis?  
Ast. Gnatum Eumenij uis dicere?  
Cui hæreditariam pater  
Rem diuidit? Bel. uolo. Ast. uideo.  
Bel. Viden' capaces sacculos,  
Magnamq; uim pecuniae?  
Ast. Quin' uide am? & auri plurimum.  
Bel. Vides ne ut inhiat filius  
Hæreditarijs bonis?  
Ast. Video. atq; plenis lancibus  
Pendit pater gnato suo,  
Auri talenta plurima.  
Bel. Dum appenderit numeratio ea,  
Audiq; A soti uncas manus  
Ad inuolandum respice.  
Ast. Quintum pependit. Bel. prouide  
Ne errcs in aliquo calculo,  
Si non uelis stygos ignibus  
In tartaro punirier.  
Ast. Non erro. decimum ponderat.  
Grandemq; uictium puer  
Parat expeditus sarcinam.  
Bel. Vide sis. Ast. uideo. iam appensa sunt,  
Auri talenta quindecim.  
Argenti & addit sacculos

Duos probati ponderis.  
Age dice quid factum uelis.  
1070 Bel. Ponamus undiq; laqueos,  
In ganeis, in compitis,  
In œnopolio, in foro.  
Absconditi insidiabimur.  
Non poterit hæc pecunia  
Expendier sine fœnore.  
1075 Sathanus uastrum te exhibe.  
Ast. Ero fortiore fortior,  
Latebo in œnopolio,  
Tuganum tuum occupa.

C H O R V S,  
Versu Iambico dimetro.

1080 **S**eruum fidem hero decet  
Rem creditam tuerier,  
Vigilem, modestum, sobrium,  
Absentem herum morarier.  
Inutilis contrà solet  
Foris morante hero, interim  
Domesticam rem perdere  
Domesticosq; cedere.  
Quicquid fidelis congerit.  
Id infidelis dissipat,

Absente

Absente hero uentri, gule, &  
Veneri nefandæ deditus.

Quapropter is qui frugi erat  
Redeunti hero laudandus est,  
At improbus uel in crucem  
Vel in phylacam agendus est.

In rebus itaq; prosperis  
Licentiam suspectam habe,  
Et in omnibus que impune agis  
Finem subinde respice.

## ACTVS IIII. SCE. I.

Iambici trimetri.

Merimnus solus.

Comasta quo suo uacaret luxui,  
Utrung; nostrum amisit ad uiuarium,  
Pro irretinendis piscibus, ut cum Deus  
Fidelium pius arbiter redarguat.  
Profecto me piget pudetq; ignauiae,  
Quod ambo cæsi ncutiquam restiterimus.  
Malo igitur insperatus hoc die domum  
Reuertier, quam crastino quo iusserat,  
Ne me infidelitatis arguat senex,  
Qui cum sciam uirum infidelem in omnibus,  
Aedes timore uerberum reliquerim.  
At suspicor quod iam me herus praeuorterit,

Et in improbum famulicium ad nimaduorterit.  
Quod non redijt ut dixerat Tribonius.  
Dij boni quid cerno? Nunquid ex cruce  
Comastlam heri promum atq; condum pensilem?  
Heu domine Deus, ut est subito mutata fors.  
Ut grauiter omnium uirum mitissimus  
Eumenius animaduorlit hunc in noxium.  
Quid ego iam aga? quo me miser uertam? an domum  
Ingridiar? an foris morabor, dum parum  
Herilis ira refrixerit? paucus admodum.  
Quin tuta pertimesco cuncta et horreo.  
Sed commodum, strident fores, uidetbo clam  
Ab angulo quis excat. Cum Pægnio  
Asotus est, peculiari seruulo.  
Libet mihi obseruare quid uel egerint,  
Vel dixerint.

## A C T V S I I I I .    S C E . I I .

Trimetri.

Asotus.    Pægnium.    Merimus.

— — — — — **I**Puer et isthac transfer ad  
Margæniū aut Plancium. Pæ. facesso here  
Vin' redco? Aso. non, dic me secuturum illico.  
Parentur omnia, que ad gulam et Venerem attinet.

Mcr.

Mer. ut video, & ut modo res se habet domesticas;

Diutius quam par erat atrio absui,

His piscibus dum irretiendis insliti. Heus

Quo fers puer uidulum istud & marsupium?

P&. Ecquid tua interest? co quo precipit

Horus. Mer. I. sequitur Aso, huc subduxero

Me, & clanculum explorauero euentum rei.

Credam ne tantum ab hero datum peculijs?

Absurda sunt. Iam prodit in scelis foras.

Aso. Naetus peculium ad meam sententiam,

Auri talenta quindecim, aliaq; plurima,

Genio obsequendum censco, Veneriq; quoq;

(Quod apud parentem non licebat) dum libet

Obtemperandū. Quorū sum enim os, uentre, & alia

Hæc corporis natura membra condidit,

Si non sub hac etate ijs fruendum erat?

Fronde scit omne nemus, uolucres incubant

Ovis, pecus lascivit, & solus homo erit

Solatijs exors atq; leticiæ absit, at

Cum suauibus puerulis, & dulcibus

Sunt poculis tractanda gaudia, dum comes

Vita, quia moriemur, haud prætereat hic

Flos temporis, rosis coronemur prius

Quam marccant, certe hæc mea est sententia.

Rectè adeo portum, uiso si qua nauis est

Milesia hoc die solutura, inde mox

Adibo amiculas meas, Planeſium &  
Margenium, coenam parari iuſſero.  
Mer. Heu quam iſta dementis ſimilia uerba ſunt.  
Hæc optimo minime patri celanda ſunt.  
Et commodum, ex foro redit Philætius,  
In agrum iturus, aggrediar & alloquar.

## A C T V S I I I I S C E. III.

Trimetri.

Philætius. Merimnus.

**H**EUS q̄ premor squalore, cura, & improbis  
Laboribus, membra omnia mei corporis  
Sub uespercm laſſata erunt: ſolus uacat  
Aſotus. Mer. heus Philætie here. Phi. hem, quis me  
uocat?

Merimne ſaluc. Mer. ſaluc here, eſt mysterium  
Quod in tuum effundere ſinum cupio. Phi. licet,  
Mer. Petito Aſotus à patre patrimonio  
Fugam parat. mentem ſuam mihi prodidit  
Iam nescius, quod ſi fuat, mox perierit,  
Lufu, iocis, libidiniq; deditus.

Phi. Pereat, vereat, abeat, uel in malam crucem,  
Qui nil boni ſocors patrauit hactenus.  
Mer. Velim tamen per te pater reſciscat hec.

Phi.

Phi. Sciet profecto haud absq; poenitidine,  
Si totum ci peculium donauerit.

Mer. Que à patre facta nescio, at quid dixerit  
A fatus, & quid egerit scio Phi. quidnam id est?

Mer. Nactus peculium (inquit) ad meam  
Sententiam, Genio obsequendum censco,

Veneriq; & id genus alia, que ad luxum attinent,  
Quæ ut præterisset, uentus abstulit auribus.

Phi. Quid audio? Mer. hoc quod dico: & audi cætera.  
Nam multa conuasata (nescio quæ) in domum

Meretriciam portarier curarat, &  
Secutus est. Culpandus haud tamen est pater.

Phi. Non est? Mer. profecto non, sed admonendus est,  
Ne quo modo iuuenem fuga labi sinat.

Phil. Curabitur. non absq; poenitidine.  
Sic nostra sint tradenda scortatoribus.

In hoc laboratum atq; sudatum hactenus?  
Obtrusero hæc si uera sint: ecce procul.  
Tu abi domum, stude parandis piscibus.

## A C T V S I I I I . S C E . I I I .

Trimetri.

Eumenius. Philetius.

M Iscr æde pol status parentum est omnium,  
Qui enutrierunt obstrependes liberos.

Phi.

Phi. Isthuc quidē uerū pater. Eu. tam prope aderas  
Fili? Phi. pater aderam increpaturus graue.  
Eu. Ob quam meam culpam? Phi. quod indignum qui-  
dem  
Vita, data pecunia dimiseris.  
Scortatur, est, babit uolupte, totus perit.  
Eu. Miserrimum senem, enecas me hac fabula.  
Phi. Mercre tu quidem pater, neq; fabula est.  
Tu uere enim spoliando nos, dementie  
Illiū interitum addidisti. Eu. quid agerem?  
Rem postulabat propriam, culpanda erit  
Hæc mea benignitas? uide ne tu magis  
Sis noxius, rigore qui adolescentulum,  
Qui noluit flecti, obruishi durior.  
Hinc lachrymæ, hinc suspiria, hinc mihi iam sent  
Nece amara amaror amarior. Spero tamen  
Quod resipiet tandem. Phi. attamen non ego quidem.  
Eu. Reuertor intrō, uti uide am quid fact o opus?  
Phi. Ut uideo delirat senex. Cometa ades,  
Ut uel aliquis prudencie locus siet,  
Rus ibimus, nam res probc domesticas  
Tribonius reuersus (eccum cum procul)  
Recturus est.

A C T V S I I I I . s c e . v .  
Trimetri.

Tri.

Tribonius. Asotus. Margeniu. Plonesiu. Thryptus.

**N**unc in phylacam trusus est  
Dætrus coquus. nunc in mala merito  
crucem

Deterimus subrectus est Conasta. sed  
Nunquam quiescit mens sensis nisi filius  
Reductus ad frugem sicut. Sed ecum cum  
Quem in compitis & ganeis quæsuimus.  
Clam obsecro moremur. ut intuamur exitum.  
Aso. O Hercules quam est illa uita suavis.  
Beata, que nullis coercita legibus.  
Suæ uoluptati suisq; amoribus  
Paret, nutritur, pascitur, cui affatim  
Aes subrogat crumenula, etasq; Venerem.  
Fruere anima ijs que parta sunt, dum fors sinit,  
Dum luce uitæ uesceris, donec licet  
Id quod libet. Iam eo nauie adepta ad turtures  
Meas, meos passerculos, mea ubera.

Nihil moratus appeto: dudum quibus  
Mandaueram cœnam apparare, uidebo quid  
Agant. Sed eccas, utraq; fertur obuia,  
Mc queritant. Pla. Animule Asote quin uenisse  
Nulla absq; te domi uoluptas est, ne q;  
Sine te aliquod est solacium. Mar. quid Asote id est?  
Te ocelli iam dudum moramur, omnia

Quæ

Que ad Venerē & ad gulā attiment parata sunt.  
Aso. Adeste delitiæ meæ, o Planctum  
Suauium meum, meumq; corculum  
Margenium. Mar. complectere. Aso. facio lubens.  
Pla. An præteris me? Aso. neutiquam mea animula  
Planeſum. Vlro hucusq; tendo ad uos iter,  
Iam uero eamus, ut cuticulam molliter  
Curemus, & fruamur optatis diu  
Complexibus. Pater gemit, frater fremit,  
Sed id omne dissimulare oportet amodo.  
Pla. Gemat senex delirus, & frater fremat,  
Se torqueant, se mordeant, se deuorent.  
Cum illis tibi obsecro quid est negotijs  
Valeant graues curæ, atq; frontem exporrige.  
Mar. Facile domi tibi omnium horum obliuium  
Induxero, introeamus. Aso. ite, ego affequor.  
Mar. Haud quaq; utrinq; prehende nos, & ducito.  
Aso. Esto. Sed agite concinamus. Mar. ita placet  
Aso. Fœlices quibus obtigit  
Sors nec dura nec infima,  
Sed amplissima & inclyta.  
Quis fauet Venus aureis  
Lasciare cubilibus  
Tranquillaq; cum amiculis  
Consuetudine perfuit.  
Tri. Audis ne Thrypte, ut nequiter sibi uendicet  
Aso.

A fatus Euripidis hanc purissimam  
Hei cantilenam, pessime uerba uitians,  
Sensumq; corrūpens Thry. capio, sed abs te ego ut  
Poëta cecinit gestio audire. Trib. audies,  
Modis Erasmijs, metroq; glyconico:

Fœlices quibus obtigit  
Sors nec summa nec infima,  
Sed sane modica, & quibus  
Castos annuit aurea  
Nancisci thalamos, Vnus,  
Tranquillaq; perenniter  
Consuetudine perfrui.

Thry. Pulcherrime. uide ut improbus probauiciat.  
O quantum amaroris pariet hic nuncius  
In corde patris, ubi filium resciuerit  
Perire scorta tam nephanda, & perdere  
Rem hereditariam. At aperitur osium.  
Procedit hoc senex foras, silendum erit.

## ACTVS IIII. S C E. VI.

Trimetri.

Eumenius. Tribonius. Thryptus.

Vox cantici me exciuit hac foras, putem  
Fœlicitatis quippianam infœlicibus

Ratis

Fatis meis ea nunciet? fruslra putem.  
Nam quicquid usquam extat mali, in me concidit  
Vnum. Sed adsunt pueri, & inter se gerunt  
Nescio quid occulte rei minime integræ. Heus  
1290 Quid mussitat is mutuo? nolite me  
Celare, dum mea interest. Tri. refert parum  
Tua, dolentis here, profecto cantus hic  
Non gaudij, at mœroris est, nam herus meus  
Asotus adolescentior totus perit.

1295 Eu. Quidum Triboni? Tri. adhæret is spurcissimis  
Meretriculis Margenio & Planesio.  
Vidimus eas huic excipi per blanditer,  
Affabulari mollius, suauissime  
Quoq; oscularier. Eu. quo loci perductus est?  
Tri. In ganeum ut coniicio, quoniam brachijs  
Vtrimeq; consertis eo an perductus est,  
An duxerit mage concinendo, nescio.

Id here fuit, quod me canentem audiueras.  
Repetebam enim, que is nequiter corruperat,  
1300 Casta Euripidis carmina. Eu. Ast (ut iussoram)  
Cur non reduxitis perditum, cum occurreret?  
Tri. Iam fama publica persirepit, quod te adicerit,  
Patrimonium petiuerit, recuperit.  
Emancipatus est, & ipsum adhuc u: lis  
1310 Reducier? staceo quod etiam non queat  
Inducier, cui tanta cum meretriculis

Et tam arcta consuetudo cessit. Eu. Aso te mi,  
Mi chare Aso te, gnate mi; quis det mihi  
Ut aurum & argentum meum impendam tibi, &  
Impendar ipse pro tua anima gnate mi?  
Ite pueri ad opera uterq; sua, ego mox sequar.  
Heus Thrypte curriculum fac ocyus ad forum  
Piscarium, unde siquid euctum mari  
Quod edat familia piscium: accipe hos decem  
Denarios, eme quatuor opus presentibus.  
Nam quod Merimus attulit, non sufficit.  
Thry. Faciam libens. ibo, redibo ocyssime.  
Eu. Satage. intus est quod interim peregero.

## A C T V S I I I I . S C E . V I I .

Tetrametri.

Afotus. Pægnium. Margænum. Planesium. Ancilla.

I Transfer hæc puer in triremē Asiaticam . Pæ. qd  
postea?

Aso. Dices gubernatori, ad horam proximam meme  
adfore.

Tantisper in portu morare, dum paratus adsiem.

Pæg. Facco, sed quid de puellis dixero? num addux  
eris.

E Aso.

Aſo. Adduxero. An tibi excidit quid intus hic decre-  
uimus?

Abi ocyus furcifer, & iſlhaec in loco apto colloca.

Caue ne carina fœda sit, ne uecta perſillantia,

Vbi turturellas has meas iam compulgas composuero.

Pæ. Curabo ſedulo. num aliud eſt quod ſtatim factum  
uoles

Cum ueneris? iam p̄ecipe, ut opera una id exigam.  
Aſo. nihil.

Comptis puerilis meis mox ſubſequar. uade. Pæ. uale.

Aſo. Heus heus puer. Pæ. quid uolt modo. Aſo. flae-  
bis ne flagrio? Pæ. quid eſt?

Aſo. Utres duos cura optimo uino repleri. Pæ. me-  
minero.

Aſ. Res poſtularer ut & pareti, amiculisq; & oībus  
Mihi familiaribus ualedicam, hora at obſtat ſerior.

Nam eſtus maris iam proximus, & maxime id uere-  
or, patrem

Si accessero, inſtabit prece, inſtabitq; lachrymis, tra-  
hent

Me proximi, iurgabit & frater, uetabunt ſinguli, ut  
Reſilire neque am. egero conſultius, ſi ſoluero  
Sic clanculu. Sed qd morātur hæ meæ Veneres? qd eſt  
Quod non uenitis? Pl. adſumus. Deſer puella crepi-  
dulas,

Sandalia, armillas, calyptra, chirothecas, uitulas,

Fla

Flabellū, amomum, galbanū, storaca, thus, & reli-  
quum

Mundū utriusq; nostrū, & alme Veneris incita-  
būlū.

An. Hem, cuncta scriniolo sub hoc locata sunt: num  
aliud iubes?

Pl. Faxis supellex reliqua mūditer usq; seruetur. caue  
Ne quempiam introduceris sine fœnore. An. obsequar  
mi hera

Pla. Videſis, priusquam libra noctem cum die æquet  
aderimus.

Aſo. Vos tandem adeste, quid moramini? annus eſt dum  
comitur.

Ma. O mea uoluptas adsumus tādem, quid oro tristior  
Videre? quid habes anima? Pla. Aſote tu'ne ámabo  
tristis es?

Aſo. Nequaquam, id unum me mouet, quod inſalutato  
patre,

Amiculisq; proximis abiuro. Pla. ualeant graues  
Curæ, an tibi eſt quān: nos ſumus propinquior? Tu

nos quidem

Materculas, ſororculas, uxorculas, amiculas

Habebis usq;, tum domi, tum foris, & intra cubiculū.

Faceſſat omnis moeror, à nobis uoluptatē accipe. Ma.

Mi Aſote amor meus, meū pectusculū, nūc obſecro ad

Nauim alacriter properemus, omniū propulsaturi ibi

Curarum amaritudinem, ludis, iocis, & osculis,  
Dehinc perennibus in Asia complexibus. A so. ô mea  
gaudia  
Non possum enim quin gaudeam præsentibus uobis,  
nec est  
Vllus iam amaritudini cuiquam locus mea gaudia.  
Eamus ultro ad mare soluturi oxyus. Vini optimi  
Ferri in triremem iā ascopas iussi duas. Valeat pater.  
Valeat Philætius tenax: ualcent amici ceteri,  
Nostros amores exigamus sedulo. Pla. concedimus.

## A C T V S   I I I I .   S C E .   V I I I .

Tetrametri ut superiores.

Eumenius. Thryptus. Philætius.

**Q**uām est anxium pectus parentum, liberis qui  
moleuolis  
Prauisq; consultum uolunt. id ipse iam annis plusculis  
Exerior hoc in filio, qui iam suam substaneiam  
Poposcit, accepit, abiit, nec dum reuersus. Ferunt  
Alij meretricum sibi concire contubernium,  
Alij fugam molirier prænunciant, alij aliud  
(Nescio quid) ad nouæ profecto calamitatis initium.  
Iam uesper proximus est, fuat si spes aliqua, mox redi  
erit.  
Occurrit ecce Thryptulus, præter suum morem quidē

Iam

Iam serius redit. Quid est inepte quod tam sero adest  
130.  
Iam uesper est, cœnamq; coctam oportuit. Thry. non  
Eumeni

Sit iræ, indignationi nunc locus, sed luctui.

Eu. An tu nouum mihi calamitatis feres genus? Thr.  
feram.

Eu. Noli puer celare me, dic absq; hypocristi, quid est?  
Th. Veni in forū piscariū, hos emo pauculos pisces, qd  
Alij fere distracti erant, procedo mox ad portum, uti  
Siquid maritimorum mare attulisset, emerem pisciū.  
Eu. Quid postea dic breuiter id quod dixeris. Thry.  
breuissime

Dum sollicitus & huc & illuc per mare & portum  
seror,

Pregnion Asofi adest puer, uidulum gerens marsupio  
umq;

Et ascopas uini duas. Quò fers rogo ista? quo libet  
Mihi inquit: haud dubium est, quod ad naues. Vbi in  
quam Asofus est?

In basilico inquit obambulat: curro illico & lustro  
forum,

Et basilicam totam, at nec uni uisus est. Ut conspicor  
Mihi data uerba, proripio me in ganeum ad Marge  
nium.

Rogo si Asofus intus est. refert puella abisse cum  
Margenio & Planesio ad portum, soluturum illico,

Et nauigaturum in Asiam sine remora. Mox denuo in  
Portum propero, si fors queam ad te noctum berum  
reducere.

162 Sed heu laboratū hastenus frustra est, nam ut in por-  
tum irruo

163 Soluta in altum cernitur progressa nauis. Eu. qui tibi  
Certum est eam intraisse filium meum? Th. stabat ibi  
Pleriq; qui uale ultimum dixerunt Aso, & prospera  
Ei imprecantes publice denunciabant omnibus. Phi.  
Valeat iners. Th. tun' hic eras here? rus te abisse cre-  
didi,

At ante crastinum haud reuersurum. Ph. omnia audi-  
ui procul.

164 Nā cū uiderē te ē foro discurrere, hæc mihi incidit  
Suspicio. Cometaq; misso, te sequebar emimus.

Pereat iners, qui nil domi unq; gesit utile uel probum.  
Eu. O durā & asperā nimis mentem tuā, cui non dolet  
Fraternus interitus. Abite & edite. Ph. nō libet mihi.  
Præmisi in agrum uillicum, quem nō uolo fraudarier.  
Rus abeo, ut instaurem quod hoc die aut omissum aut  
perditum est.

165 Perire adhuc satius puto fratre, quam adesse inutile,  
Tamen si pater reclamat. Valeat iners. Eu. quisnam  
dabit

Capiti meo fontes aquarū ut līcrhymer noctu, fleā,  
Diu fleam, semp̄r fleam, te fili Aso te perditum?

Chos

CHORVS  
Iambico dimetro.

A Rs, cura, mos, industria  
Est omnibus merceticulis,  
Tantisper adolescentulum  
Lactare dum pellexerint.

Tantisper adolescentulum  
Amant fouentq; lubricum,  
Dum possidet quod porrigit,  
Et porrigit quod possidet.

Hinc oscula & pectuscula  
Et delicatas mammulas  
Tibi uenditant, donec tibi  
Iecur sagitta transfigant.

Si quid feras, acceptus es,  
Si nil feras exclusus es,  
Si quid feras, amator es,  
Si nil feras, amaror es.

Vita ergo ephabe fornices,  
Fuge scorta priua & publica,  
Ne post tuam petulantiam  
Cum re salutem perduas.

A C T V S V. S C È N A I.  
Iambici trimetri.

Colax solus.

Q Voties propinquo ad huius ædes diuitis,  
Toties cutis mihi prurit, horret denuo.  
Sub hoc eodem anni prioris tempore,  
Fecere me illi plagiarij senis  
Totum ulmeum, uerum haud sine ingenti illius  
Incommodo, ingenti quoq; meo commodo.  
Verum est profecto quod ferunt: Scholasticus  
Si ludus est bonus, flagella scholaria  
Minimi æstimat. Parasitus ipse identidem,  
Ut estur atq; babitur, omnia interim  
Flagella successura nihili pensitat.  
Dijs maxima tamen est habenda gratia,  
Quod mitiorem cum mihi probauerim  
Quam merueram, aut speraueram iratum senem.  
Liquida cutis curarier facillime  
Potestur, at nexum semel suspendio  
Guttur cruci, marcescit usq; miserrimum.  
Apage à gula nexus hunc mea. ut Comasta mi,  
Ut pendula istic fronte & ore lurido  
Agitare uento in ære uacuo, & imbrium  
Iniurijs exponeris. Næ cautius  
Mercurier me isthæc docebunt amodo.  
Recta igitur accedo forum, siquo modo  
Quam honestius rationem edendi abs quolibet

Nanciscier

Nanciscier, nam sic parare, in honestius.  
Strident fores, periero si uidear seni.

## ACTVS V. SCE. II.

Trimetri.

Senex. Peregrinus.

**G**nati mei sollicitor usq; imagine,  
Et non queo quin abs quibusq; scisciter,  
Si fors queam qui filium usquam uiderit  
Adipiscier. Sed ecce oberrat rustico  
Sago opertus, haud scio quid ferens, adibo eum.  
Pere. An non supremus Iuppiter uel me semel  
Respexerit, quo post uiarum maxima hæc  
Incommoda, aut sedes quietas recipiam, aut  
Diuenditis his mercibus regredi queam?  
Ob ambulat mihi quispiam, rectaq; me  
Petit, morabor paululum tardum senem.  
Eu. Salve peregrine, unde ades? Pere. Boni Ioues  
Tibi salutem dent senex: ex Asia: adhæc  
(Si exactius queras) uides Milesium.  
Eu. Quid queſo in hanc prouinciam te propulit,  
Vbi terra ſteriliore & infelicio?  
Pere. Dicam pater tibi. Regio que uberrima

E S Fuit

Fuit hactenus, p̄e frugum inopia iam fame  
Interit. Eu. hui, quid audio? Pere. rotat sic omnia  
Fatum. Eu. Nihil de filio dicere potes?  
Pe. Tuo? Eu. meo. Pe. sed ubi ipſus eſt? Eu. dudum in  
Aſiam

Abiſſe, Miletiq; uiuere afferunt.

Pere. Mori magis dicas: sed artis cuius eſt?

Eu. Nullius eſt plane. Pere. quod illi nomen eſt?

Eu. Aſotus & rc & nomine eſt. Pere. ſcribe faciem.

Eu. Facie eſt obesa, oculisq; nigricaneibus,

Genis rubentibus, decentibus labris,

Tum mediocri ſtatura, & omnibus artibus

Gracilis. Pere. cicatricem ne habet ſub pectore?

Eu. Habet profeſto, ex hulcere illo quod tulit

Infantulus: nouiſti cum? Pere. noui probc.

Pridem fuit mihi ipſe coniunctiſſimus.

Eu. Viuit ne? Pere. ſi uiuat, ſatis non ſcio, tamen

Vnum ſcio, ſi uiuat, infeliciter

Viuit. Nam ut omnem quam attulit rem prodige

Scortando, edendo, & heluando perdidit,

Egere coepit, & uni adhaeſit ciuum, in

Suburbio Milesiorum diuiti,

Qui calamitosum mox in agros ejicit,

Porcisq; pafcendis ibidem deſtimat.

Sic feruitutem feruit is miserrimam.

Nam ſiliquis ſuum cupit uentrem ſuum

Satura

Saturare, si sit quispiam qui porrigat.  
Eu. Miserrimum subulcum: oboriuntur mihi  
Iam lachryme. Nam pane abundant scruuli,  
Gnatus fame tabescit. Pere usq; id clamitat,  
Quot (iniquity) in patris æde mercenarij  
Panibus abundant, atq; lacte uictitant,  
Ast ego fame perco. Reuertar ad patrem,  
Fassoq; crimine, poenitentiae indices  
Dabo supplices manus, reflexos poplites,  
Si quo modo possum impetrare gratiam.  
Eu. Fauxit deus, resipiscat, ac redeat scmcl,  
Qui filium aspermarier ualeat pater?  
Pere. In patriam ubi rediero distractis meis  
Hic mercibus, mox filio hec narrauero,  
Nisi (quod futurum puto) prius reuerterit.  
Vale scmex. Eu. me flente longum tu uale.  
Fac si potes resipiscat ille miserrimus,  
In publico facile foro perendie  
Merces tuas distraxeris. Pere. spero. Vale.  
Eu. O gnate mi, o mea uiscera, o Asofe, quo  
Tu calamitatis adactus es? redi, redi.  
Putas ne uerum dixerit? reducem breui  
Sperare liceat? an magis data epistola  
Mittam uirum, qui ipsum reducat certius?  
Id certius multoq; certius: uir hic  
Milesius me certiorem de loco.

Factu

Facturis est, quem iam in foro conuenero.

Vt huic re i dem operam, pedem refero domum. O

Colax Colax (si omnino non cæcilio)

Quantum mihi meoq; filio mali

Partum est tua colax, non iam places.

Lactandus alius qui tuam ingluviem explcit.

## A C T V S V. S C E. III.

Tetrametris.

Colax solus.

**T**antum mihi felicitatis attulit præsens dies,  
Vt non diurnum sive mensurnū modo, uerū annu-

num

Perpetuum, et æternum cibum potumq; gratis por-

rigat.

Quis estimet quantum boni in portu interim porten-

ditur?

Euax saturitas sancta, Iuppiter supreme, tu quoq;

Ter maxime ô Portune, merito gratias tibi referam.

Merito ô Palemon cantharis et lancibus tibi sacri-

ficem,

Qui gaudij ingens pelagus hoc uno die mi aduexeris.

Quātū foro Portune præstes, prodit opportunitas.

Nam

Nam ut ad forum ueni, salutauiq; adolescentulos,  
Mox profero unum & alterum ex melioribus dictis  
meis,

Rogo quo uel ad ientaculum, uel prandium instructū,  
uel ad

Cœnam opiparam concedimus, cuncti uelut muti silet.  
Illico, uel ut stulto mihi illudunt. Forum detestor, ad  
Portum uenio. Dij boni quantum mihi solatij  
Ibi obtulisti, dum diu expectatum Aſotum amiculum  
Reducem mihi monstrasti, in celoce uectum publica.  
Valeant modo mihi uiri, scurræ, neblones, infima  
Qui hic occupant subſellia, ualeat quoq; ſcabru, ſore  
didum,

Stupidumq; & ignobile hominum uulgu, quibus cum  
iam nihil

Comme erit mihi, licet ultro elixa & affa porriganter.  
Primum amodo me præſides, dehinc duces, pauloq;  
post

Reges (ut eſt condignum) honestarint, & ad conui-  
uum

Suum uel iniuitum uocauerint, rogauerint quoq;.

Iam nunc abite quiq; abite è ſemita, cauete ne

Quis ueſtrum adoriatur Colaca, nec obſtrepat uerbo  
aut ioco

Vano, quibus frequenter appellare me consuecritis,  
Nisi in caput ſuum uelit pugnos meos infringier.

Nisi

Nisi uostra crura, uostra rostra, uostra colla penditis  
Minimi, eminus mihi prospera imprecamini: Viuas  
Colax.

Mibi (inquo) acclamate, trāseat Colax, Viuat Colax.  
Nunc auspicetur à Dijs regnum sibi contraditum,  
1570 Accedat Eumenij domum senis, ubi promptuaria  
Vmo redundant optimo. Hęc mihi regio, hęc mea cun-  
ria.

Sed eccum honorandum senem, Iouem meum, Bac-  
chum meum,  
1575 Qui saturitatem sempiternam mox mihi produxerit.  
Pridem quidem diris flagellis me expulit, falso modo  
Nō expulerit, immo mage impulsurus est me blāditer.  
In abditum carnarium atq; promptuarium domus.  
frius Quid cesso compellarc, longius quam ab ædibus  
Abscedat, aut me quispiam rei anteuortat nuncius?

## A C T V S V. S C E. I I I L

Quadrati ut superiores.  
Eumenius. Colax, Famuli.

1580 **Q**uemadmodum solent, suum qui amiculum ab-  
sentem diu  
Saluum redire gestiunt, lustrare singulas vias,  
Per quas putant se se recepturū hospitē, perinde mihi  
Quos

Quoq; actitandum censeo. Vadam ad forum. Miles  
suum

Queram, deinde alium virum, qui ferat epistolam.

Inde eo ad

Portam superiorem, deinde ad portū, uti, siquā meus  
Compareat gnatus, queam clementer excipere, anteq;  
Pudore suffusus animum despondeat. Col. de filio  
Fit sermo. num suboleuit huic quod uenerit? Pol non  
potest:

Virū alloquar. Sta, sta Eumeni, licet modo subduceres  
Cum me uideres eminus. Eu. quis me uocat? quid stem  
tibi?

Alio uocato non libet nugarier. Col. Sta inquam, quia  
Ego impero. Eu. certe emeris pluris cui sic imperes.  
Sed omittē nugas, dice quid uelis Colax. Co. scis quem  
prius

Cæcideris? Eu. scio, te quidem, an male meritum? Col.  
Et quidem optime,

Sed queso te Eumeni his meis liuoribus malagmata ex  
Samine suillo & larido circumligat, alioqui time  
Tabo cicatrices putrescere. E. Veh tuo capiti heluo.  
Co. Mane mane Eumeni manc, tātū tibi adfero gaudij,  
Vt ultro spōdeas mihi æternā saturitatē. Eu. ego  
tibi?

Co. Tu mihi. Eu. sed unde gaudium, qui filium meum  
tua

1600 Vita atq; corruptissimis disperdidisti moribus?

Fuge è meo aspectu trifurciser, in crucem tibi debis tam. Co.

Bona uerba quæso mi senex. Eu. iam non abibis? Co. Eumeni.

Eu. Heus heus Merimne, Thrypte. Co. per deos sus  
perfluent meæ

Nuge: nisi caueam, in phylacam pertrahar. Iuro des  
üm ac

1610 Hominum fidem Eumeni, mane. Eu. quid tu prophane  
deieras?

Co. Cedo manum. Eu. hem manum, quid uolt dari? Co.  
tantū tibi

Iam apporto gaudij, ut facillime ante uortat omnibus  
Mæroribus cordis tui. Eu. nugare rursus? Co. Eumeni  
Irascier noli, sed audi me. Eu. quid audiam? Co. iube  
Vasa clui, mësam instrui, inferri cibos & pocula. Eu.  
Quare? Co. quia hoc die meo Genio mihi sacrificandū  
erit

Sanctæq; saturitati. Eu. ubi? Co. hic domi tuæ. Eu. nisi  
famuli hunc

Tuleritis. Fa. hem. Co. ne fecerint, quia filium tuum  
tibi.

Eu. Quid filium? Co. rediisse nuncio. Eu. mcum tu fis  
lium? Co.

1615 Tuum inquio. Eu. esurire mihi uidere. Co. mihi quidē,  
hanc

haud tibi.

Eu. Dic uero amabo . Si reductus Asotus est gnatus  
meus

Minor, ultro spondeo tibi eternam saturitatem. Co.  
Eumeni,

Iouem supremum capite aperto testor, in colummam  
tuum

Saluum quoq; aduenisse filium, in celoce publica,  
Cultu tamen tam sordido, unumquenque ut eius misere  
reat. 1622

Tam flaccidis genis, & obsoleta situ cute lurida,  
Ut uix pater gnatum tuum ipse noueris. Eu. mihi lao  
chryme

Te propter oboriuntur omnes Asoe, filii mei, huccine  
Tu calamitatis adactus es? Co. iam flere desine, ad mae  
re

Propera, ut reducas sordidum, antequam pudore con  
cidat, 1622

Et intrò me contradito in phylacam, ubi insontes iad  
cent

Tibi pernæ, & indemnata pendent uiscera. Eu. optis  
me mones,

Sed haec tenus quid queso me nugis tuis & ludieris  
Lubitum est fatigari? Co. hercle ut hanc ulciserer  
meam cutem

1630 **Quam apparitoribus dedissi olim flagris cædendam.**  
Eu. age

Nunc irruere in carnarium, & uibicibus cataplasmatis  
Imponito, edito, bibito, donec uixeris domi meæ.  
Co. Dij tibi senex reddant uiciſſitudinem, atq; ego me  
am operam,

1631 **Omnemq; ſollicitudinem amodo tibi & rebus tuis  
Impendero, atq; in ſempiternum ſeruulum tibi me ob  
ligo.**

1632 Eu. Herum fidelem faxo nacltus ſis, modo frugiſies,  
Nūc intrò abi, cōcedite famuli, ut opera uæſtra uticer,  
Si poſtulet res, poſſiem. O pater ſupreme, qui omnia  
Condis, gubernas, protegis, cœloq; terraq; pelagoq;  
Ago tibi gratias, quod ex tibi inſita clementia  
Tandem ultimam respicere dignaris calamitatē  
meam.

Quasi è graui ſomno excitus, uideor renatus denuo.  
Profecto lachrymas tenere non queo præ gaudio.  
Ades Merimne citus, ades Triboni, adeste celeriter.

## A C T V S V. S C E. V.

Octonarij ut ſuperiores.

Merimnus. Tribonius. Eumenius.

Adſu-

**A**Dsumus here, exequamur ut mandata tua non  
segniter. 164

O mi Deus, quemnam eminus confspicio, demissis  
humis

Mærore multo uoltibus? si non here ille Aſotus est,  
Fallit proſecto me acrisia. Tri. non te fecellit dictio,  
Ipſiſimust. Facilis gradus, ſtatura mediocris, ſed et  
Gracilia membra corporis, here filium tuum indicat. 165  
Eu. Qui nam potest? quis nam mihi persuadeat, quod  
hic meus

Sit filius? Quis gnate te his inuoluit obſecro ſordibus?  
Nudauit et foedauit? Hei mihi nate, ut indignum hoc  
meo

Generi, modo ſis filius. Mer. proſecto iſ pſus eſt here.  
Tri. Nihil ora, nihil humeri Eumeni, niſi unum Aſotū  
preferunt, 166

Quid ambigis here? Eu. iam intuor tandem miferri,  
mum meum

Gnatum, modo agnoſco. haud modo paternus affectus  
ſinit

Mentem meam conſistere: haud poſſum modo quin ad  
aduolem (ſenis)

Amplect ar, ac deoſculer. Tri. Piſſimam o mentem  
In gnatum, ut obliuicitur ſue ſeneſtæ, longe adhuc 166  
Poſito cito curſu obuias, ut plorat, ut ſingultit? Me. en

Iam filius supplex humili prosternitur, compludit &  
Cum fletibus palmas obefas, iam pater fit proximus.  
Tri. O uiscera pietatis, o uere paternum amorem, ut  
est

Propensus in tam prodigum. Mer. iam ruit in eius col-  
la, iam

Complectitur; cum lachrymisq; deosculatur. Age pro-  
pius

Adeamus, ut gnati & parentis mutuos possumus hos  
Audire sermones. Tr. sequor te. Aso. o mi pater. Eu.  
quid gnate mi?

Aso. O mi pater, peccavi in ipsum cælum & in te, iam  
quoque

Sum indignus appellarier gnatus tuus, fac me uelut  
Vnum ex tuis te obsecro mercenarijs, recipe modo  
Tibi supplicem rogo, quem superbum & arrogan-  
tem passus es.

Iam poenitentem recipe, quem iam dudum iniquum pas-  
sus es.

Te lachryme flectant pater, te supplices manus pater  
Flexi q; poplites, misereat te calamitatis meæ.  
En membra nuda, en uiscerum flaccentium squallida  
cutis.

Miserere clementissime pater huic miserrimo gnato  
tuo,

Ut pristinum tuum fauorem & gratiam primariam  
Mereatur. Tr. o Merimne quanta utrimq; lachryme,  
haud ualeat

Se temperare à fletibus pater, haud queo quin lachry  
mer

Ipse quoq; Mer. mihi quoq; lachrymas excutit uterq;  
lachrymans.

Eu. Mi Asofe, fili mi, remitto quicquid in me admiseris.  
Sed & amodo omnium tuorum criminum non memi  
nero.

Hoc teste summo patre, sancto in osculo tibi spondeo.  
Aso. O utinam apiscar gratiam tuam pater primam,  
licet

Duro atq; sicco pane & unda uictitem. Eu. surge &  
lacriter,

Confidito: An non ego pater? tun? filius? nunquid pos  
test

Filij uteri sui aliquis obliuiscier pater? Heus cito  
Proferte ab ædibus stolam primam, annulum, & san  
ddalia.

Alij procurent celeriter uitulum saginatum probe  
Iugularier, ut epulemur & lætemur hoc dic, quia hic  
Enatus meus qui mortuus fuerat, reuixit spiritu, &  
Qui perierat repertus est. Mer. parebimus. Eu. celer  
rime.

A C T V S V . S C E . VI.

Iambici trimetri.

Eumenius. Aſotus,

M ignate dic modo, fatere libere,  
Quis nam te eò dementiae perduxerit,  
Ut me patrem tuum tibi adeo affabilem,  
Adeo benignum & obuium relinqueres,  
Et in hanc calamitatem extimam te mergeres?  
Quis incitauit, quis docuit, & perdidit?  
Aſo. Mi genitor haud dicam dolo, tametsi quidem  
Comaſta me corruperat primum, tamen  
Ex propria prorsus libidine in malum  
Præceps ferebar, inde ſortis blandulis  
Agglutinatus, in Asiam subuectus sum.  
Vbi omnibus tuis pater ſudoribus  
Iam prodige abſumptis, meoq; corpore  
Scortando, edendo, & potitando, encruiter  
Corrupto, ad impiissimi me contuli  
Viri iugum (quia inedia ac calida fames  
Me eo impulit) Cuius ſues dum paſcerem,  
Ter ſeruitutem maximam ſeruiui, ut hi  
Mei indicant artus, & hic uilis habitus.

Cum

Cum iam fame tabescerem, & uentrem meum  
Opplere non licet siliquis suum  
Reuersus ad mentem, pater, gemitu graui,  
O (inquam) quot in domo patris mei uiri,  
Quot mancipia, gregesq; mercenariū,  
Beati abundant panibus, porro ego fame  
Marceseo tabescoq;. Surgam igitur, & hinc  
Regressus accedam patrem meum optimum,  
Siquo modo queam priorem gratiam  
Efflagitare precibus, ecce re. Precor  
Iccirco & obsecro denuo cum lachrymis,  
Supplexq; ut ultra numerum arene que in mari est.  
Scelerā hæc pater numerosa, fœda, enormia,  
Posthac uelis obliuioni tradere.  
Nam fretus olim mihi probata gratia &  
Clementia tua, reuersus sum pater.  
Eu. Exurge denuo, remitto quicquid est  
Delicti, ades. Quam lachryme iste gratiam  
Non impetrent? Dudū omnia (abs quo nescio) hec  
Resciueram. Nunc itaq; gnate tuam improbam  
Probitate uitam corrige. A so. efficiam pater.  
Eu. Heus nondum adestis?

## A C T V S V . S C E . VII.

Trinmetri.

Merimus. Eumenius. Aſotus.

1130  
---- **A**Dſumus here, & omnia  
Curata ſunt, quæ afferre nos & exco  
qui

Mandaueras. Eu. recte, aufer illæc ſordida. Mer. hē.  
Eu. Et induatur qua prius ſtola uſus eſt  
In innocentia. Haud decet ſic filium  
Domum ingredi, pannoſum, olentem, ſordidum. Mer.  
hem.

1140 Eu. Date annulum fidei prioris in manu. Mer. hem.

Eu. Et calciamenta pedibus, reliqua intus in  
Domo quæ oportet ſingula iſtaurabimus.

Mer. Dedi here. Eu. bene eſt. iam camus intro, tu face  
Merimie pſalten accias, ut interim

Dum epulabimur ducat choros. Mer. accerſiam.

Eu. Volo enim diem hunc peragere festiuſime.

Mer. Dignissimum. Eu. Tu abi, uocato proximum.

Mer. Licet. Aſo. Num adhuc Comaſta penſilis pater?

Eu. Adhuc cruci ſuffixus eſt. Aſo. Miferum hominem,  
at

1150 Vbi Dætrus eſt? Eu. in carcerem conieceram,

Vbi infidelem noueram, Aſo. ſqualer pater

Adhuc mifer? Eu. Nondum phylaca eductus eſt.

Aſo. Me propter eductus ſicut pater obſcro.

Nofrum

Nostrum utriusq; simul remitte noxiā.  
Eu. Et si quidem non meruerat, seruabitur.  
Nam desinueram hunc quoq; malis pessimis.  
Tu me sequere fili. Aso. sequor pater, p̄rei.  
O si & modo cum fratre inire gratiam  
Mihi liceat. Eu. sis bono animo, placabitur.

## A C T V S V .    S C E .    VIII.

Scenarij ut superiores.

Tribonius. Merimus. Philætius.

**P**Salten moratur herus, modos qui succinat,  
Ecum Merimum. heus tu Merimne, ubi fide-  
cen?  
Mer. Nunc ille per posticulum intravit domum.  
Audin? modo canere occipit. Tri. probe, sed est  
Quod te uelim curare. Mer. dic modo. Tri. ex agro  
Philetium uocare me mittit senex,  
Obsecro (si occasio ferat) pro illo coquo  
Interveni miserrimo, forsitan queat  
Iam propter hæc noua gaudia è ncruo eximi.  
Nam obnixius quoq; id ipsum Aſotus postulat.  
Mer. Ego suggeram actutum ſeni. Vale. Tri. uale.

Noui profecto in amoenum erit Philætio  
Hoc nuncium, quod adferam de prodigo.  
Malit decem coros in horreo tritici  
(Quanquam labore) conuchi, quam unum sibi  
Sanguine propinquum fratrem Aſotum regredi.  
Sed commodum, mihi ademit hanc molestiam.

Adest homo, nescio sibi quid suppeditans.

Manebo eum, quid dicat auscultauero.

Phi. Prudentis est quotidie addere calculum

Rei sue, num quidpiam accreuerit ei, aut

Decreuerit, ne incuria res pessum eat.

Congessi in horreum trecentos hordei

Ferme hoc die modios, corosq; plus minus

Flavi quadraginta octo ferme tritici,

Simulq; quinquaginta quatuor coros,

Multis miserrimis laboribus, tamen

Solabitur me usura parti plurima,

Hæc nanq; in annum proximum arbitror affatim

Sufficere toti familiæ. Trib. quantum miser

Se excruciat absq; necessitate. Phi. quid audio?

Tri. Symphoniam audit & chorū. Ph. symphonia est  
Chorusq;. Num in meretricia hac domo? haud ibi.

Vbi ergo? Trib. prodeo, salmis esto here. Phi. tu quoque

Salve Triboni, amabo ubi hæc symphonias

Vbi chorus? Tri. domi. Phi. domi nostræ rogo, an  
Aliene? Tri. here dubitas? domi nostræ. Phil. quid  
hoc?

179-

Tri. Frater tuus, qui perierat pridem, domum  
Reuersus est, rediit parenti in gratiam.

Phi. Asotus? Trib. ipse Asotus. occidit pater  
Vitulum saginatum tenerrimumq; ouans  
Gaudensq; cum quod sospitem receperit.

180-

Hinc chorus & hinc symphonia, hinc pater tuus  
Me misit, ut te accersiam. Ph. rem fecit is  
Stultissimam. Tri. stultissimam? Phi. stultissimam  
Dico atq; peñsimam. Trib. at piñsimam mihi  
Fecisse rem pulcherrimamq; uisus est.

180-

Qui enim potest gnatum pater disperdere?  
Phi. Spreto' ne me & duris laboribus meis,

Recipi honestatq; hunc tam inertem & prodigum  
Non me tenco, quin. Trib. obsecro intra mecum here,

181-

Fratrem saluta, aliosq; coniuias patris

Lætifica. Ph. enim nō introibo. T. agc mi here. P. abi.  
Tri. Iratus est, salute fratriis liuidus.

## A C T V S V. S C E. ultima.

Trimetri.

Eumenius. Philetius. Detrus. Merimnus.

Me

**M**Euox tua exciuit foras amarior  
Mignate, cur non ingredere domum? quid et  
Turbatus hic perstas foris? Si prodigi  
Tibi uita displicuit peius, placeat modo  
Tibi pœnitentis continentia obsecro.

Phi. En tibi tot annos seruio pater, & uolens  
Tua iussa nunquam (quod sciam) preuaricor,  
At ne quidem semel dedisti hœdum mihi, ut  
Cum amiculis epularier, & festum diem  
Lætus agerem. Ast ubi redijt gnatus tuus  
Is, qui abliguriuit tuam substantiam,  
Scortando cum meretricibus, dedisti ei  
Vitulum saginatum, chorum & symphoniam.  
Frustra tot ærumnas laboris exigo,

Aestum geluq; perfco, & cura opprimor.  
Eu. Hem gnate mi, tu semper es mecum, omnia  
Quæcunq; sunt mea, tua sunt. Porro modo  
Epulari oportet, atq; agere festum hunc diem,  
Quia Asotus hic frater tuus præmortuus

Fuit, ac reuixit, perijt atq; inuentus est.

Eamus intro. Mer. heus heus here. Eu. ecqua nunc mo  
rad?

Mer. Supplex adest Dætrus, rogaq; gratiam.

Dæ. Ignosce queso miserrimo mihi noxiām.

Eu. Tu quoq; maligne hypocrites, qui abusus es

Pena

Penu meo nequissime, si frugi eris,  
Pone & catenam, & compedes, ne quis locus  
Maceroribus siet. Dæt. amodo here ero ut uoles.  
Eu. Bene est. Iam eamus intrò alacriter. Ph. præi.

1840

## G R E X, S I V E E P I L O G V S

### Trinmetri.

E' xhibita uobis fabula est, non fabula,  
Sed Christiana euangelicaq; parabola.  
Quæ non in hoc sit acta spectatoribus,  
Ut excitet risum, & uoluptatem adferat,  
Sed poenitentie monendo formulam  
A luxu & improbo facinore retrahat.  
Quare orat hic grex noster, ut re mystica  
Pro corrigendis moribus fruamini.  
Post furta, scorta, libidinem, atq; inertiam,  
(Pater benignum se offeret) resipiscite.  
Iam si placuimus, atq; commodauiimus,  
Fauete nobis candidi, & plausum date.

1840

1840

F I N I S A S O T I.

四〇〇 一月二日



A 199.549